ΚΩΜΩΙΔΟΥΜΕΝΟΙ

DE GRAMMATICORVM VETERVM STVDIIS
AD HOMINES IN COMOEDIA ATTICA IRRISOS
PERTINENTIBVS

DISSERTATIO INAVGVRALIS
QVAM
CONSENSV ET AVCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN
VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA
AD
SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS
SCRIPSIT

IOSEPHVS STEINHAVSEN
RHENANVS

PROMOTVS DIE X MENSIS AVGVSTI ANNI MCMX



BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI TYPOGRAPHI ACADEMICI
MCMX

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM RETTVLIT
A. BRINKMANN

AVGVSTO BRINKMANN

Plutarchus Chaeronensis, qui Quaest. conv. VII 8 problema proposuit τίσι μάλιστα χρηστέον ἀκροάμασι παρὰ δεῖπνον, antiquos comicos a conviviis exclusit et alias ob causas et propter hanc (p. 712 A): ὥσπερ ἐν τοῖς ἡγεμονικοῖς δείπνοις ἑκάστῳ παρέστηκε τῶν κατακειμένων οἰνοχόος, οὕτω δεήσει γραμματικὸν ἑκάστῳ τὸ καθ' ἕκαστον ἐξηγεῖσθαι, τίς ὁ Λαισποδίας παρ' Εὐπόλιδι καὶ ὁ Κινησίας παρὰ Πλάτωνι καὶ ὁ Λάμπων παρὰ Κρατίνῳ καὶ τῶν κωμῳδουμένων ἕκαστος· ὥστε γραμματοδιδασκαλεῖον ἡμῖν γενέσθαι τὸ συμπόσιον ἢ κωφὰ καὶ ἄσημα τὰ σκώμματα διαφέρεσθαι. Itaque etiam Plutarcho illud ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν, quod ne in nova quidem comoedia conticuit, magnam difficultatem paravit.' Vel ex hoc loco coniectari licet veteres grammaticos dedita opera egisse de hominibus a comicis irrisis, quam rem ad liquidum perducunt cum scholia Aristophanea, in quibus Ἀμμώνιος ἐν τοῖς κωμῳδουμένοις legitur, tum Athenaeus, a quo bis laudatur Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος ἐν ς' κωμῳδουμένων, semel Ἀντίοχος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν. Atque operae pretium est accuratius quaerere de aetate et studiis Ammoniorum, Herodicorum, de indole atque auctoritate librorum de κωμῳδουμένοις scriptorum, de reliquiis, quae diem tulerunt.

Materiem omnem divisimus in partes tres: primum enim egimus de scholiis Aristophaneis, quibus apposita sunt nonnulla, quae magis minusve cum comicorum ὑπομνήμασι cohaerent; deinde perscrutati sumus Athenaei libros; tertia denique parte explicare conati sumus, quid in vitis scribendis valuerint κωμῳδούμενοι.

I.

Initium igitur faciamus a scholiis Aristophaneis [1]) atque primum in quaestionem vocemus ea, quae adnotata exstant ad scolium illud (Vesp. v. 1239):

Ἀδμήτου λόγον, ὦ 'ταῖρε, μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει (Bergk PLG III p. 650, 21).

Exhibet enim codex V(enetus) — R(avennas) ut solet paucas reliquias servavit — haec: καὶ τοῦτο ἀρχὴ σκολίου. ἑξῆς δέ ἐστι

τῶν δειλῶν ἀπέχου γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.

καὶ ἐν Πελαργοῖς (CAF I 503 fr. 430 K)

ὁ μὲν ᾖδεν Ἀδμήτου λόγον πρὸς μυρρίνην,
ὁ δ' αὐτὸν ἠνάγκαζεν Ἁρμοδίου μέλος.

Ἁρμόδιος δὲ ἐν τοῖς κωμῳδουμένοις καὶ τὸν Ἄδμητον ἀναγέγραφε παραθεὶς ⟨τὰ⟩ τοῦ Κρατίνου ἐκ Χειρώνων (CAF I 84 fr. 236 K)

Κλειταγόρας ᾄδειν [2]), ὅταν Ἀδμήτου μέλος αὐλῇ.

Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Χαίριδος, ὡς Ἀρτεμίδωρός φησι, περὶ μὲν τῆς Κλειταγόρας τῆς ποιητρίας ὅτι ὡς ἀνδρώνυμον ἀναγέγραφε Κλειταγόραν Ἀμμώνιος ἀπελέγχει αὐτὸν, περὶ δὲ τοῦ Ἀδμήτου παρεῖχεν [3]). αὐτὸς δέ φησι Φανόδημον λέγειν, ὅτι φυγὰς ἐκ Φερῶν Ἄδμητος ἦλθε πρὸς Θησέα . . . . . . εἰς ὃν τὸ σκόλιον [4]).

---

1) In universum usus sum editione Fr. Duebneri (Scholia graeca in Aristophanem Parisiis 1877) nec neglexi W. G. Rutherfordium, qui separatim edidit scholia cod. R (Scholia Aristophanica voll. I. II. London 1896). Cum adhuc careamus editione accurata, paucis exceptis non commemoravi, quibusnam in codicibus singula scholia legantur.

2) Non ᾄδει, ut ait Duebner, sed ἄδειν, et αδει in litura praebet V, ut apparet ex codicis imagine, cf. Facsimile of the Codex Venet Marc. 474, 1902, fol. 163.

3) παρεῖχεν corruptum esse patet; Dindorf lacunam indicat; Ud. de Wilamowitz-Moellendorff Phil. Unters. I p. 155 adn. 72 scripsit ἐπεῖχεν; at exspectaveris potius ἐπέχει, de παρείκει q. e. 'concedit' cogitavit Brinkmann.

4) Leviora scripturae menda, praesertim talia, quae nostram ad quaestionem nihil faciunt, non notavimus.

Sine dubio corrupta sunt scholiastae verba. Ipso in initio haeremus in verbis Ἁρμόδιος δὲ ἐν τοῖς κωμῳδουμένοις; Harmodium enim hominem litteratum nominat unus Athenaeus, a quo pluries laudatur Ἁρμόδιος ὁ Λεπρεάτης ἐν τῷ Περὶ τῶν κατὰ Φιγάλειαν νομίμων (vide Kaibelii ind. script. III p. 621). Sed de hoc scriptore[1]) hic cogitari nequit. Accedit quod facillime ex versu antecedente Ἁρμόδιος repeti potuit. Itaque collatis Athenaeo et Harpocratione, apud quos Herodici Cratetei κωμῳδούμενοι laudantur, plurimi[2]) Ἡρόδικος posuerunt pro Ἁρμόδιος. Tamen hac cum coniectura pugnant quae sequuntur Ἀπολλώνιος κτλ. Nam quid fecit Apollonius Artemidoro teste? Refutavit Ammonii sententiam de Clitagora, de Admeto aut concessit aut iudicium cohibuit[3]). Itaque Ammonius de Admeto egit, neque dubium esse potest, quin in iis, quae ad Harmodium in scholio reducuntur, Ammonii sententia lateat. Ergo pro Ἁρμόδιος scribendum est Ἀμμώνιος. Primus hoc vidit Fr. Susemihl, cuius argumentatio eo firmatur, quod tribus aliis locis, quibus Ammonii nomen exstat, similiter atque hoc loco de κωμῳδουμένοις res est[4]).

---

1) cf Mueller FHG IV p. 411 sq.; Fr. Susemihl Geschichte der Griechischen Litteratur in der Alexandrinerzeit II p. 400 adn. 314; Th. Bergk Commentationum de reliquiis comoediae Atticae antiquae libri duo Lipsiae 1838 p. 226 sq.

2) vide Dindorfii adnot. apud Duebnerum; Suevern Abh. der histor.-phil. Kl. der Ak. der Wissenschaften zu Berlin 1827 p. 83 adn. 2; Th. Bergk l. l. p. 227; Otto Schneider De veterum in Aristophanem scholiorum fontibus commentatio Sundiae 1838 p. 93; A. Meineke Hist. crit. comicorum Graecorum p. 14; Bergk PLG III p. 652; Kock CAF I p. 84, alii.

3) Interpungendum est post Ἀμμώνιος, cf. Wilamowitz l. l. De Blauio, qui (De Aristarchi discipulis Jenae 1883 p. 55 adn. 2) verba Κλειταγόραν Ἀμμώνιος delet, vide Fr. Susemihl Fleck. Jahrb. CXXXIX (1889) p. 751; Ad. Roemer Studien zu Aristophanes und den alten Erklärern desselben 1. Teil Leipzig 1902 p. 116 cur Ἀμμώνιος δὲ ἀπελέγχει αὐτὸν scripserit non intellego.

4) cf. Susemihl l. l. p. 751 sq.; secuti sunt Ric. Berndt De Charete Chaeride Alexione grammaticis eorumque reliquiis P. I. diss. Regim. 1902 p. 50; L. Cohn P. W I p. 1865, dubitanter W. G. Rutherford A Chapter in the History of Annotation being Scholia Aristophanica vol. 3 London 1905 p. 432 adn. 8; cf. Scholia Aristoph. II

Sed altera corruptela latet. Apollonius enim redarguit Ammonium, quod Clitagoram pro viro habuit. Itaque necesse est post verba ἐν τοῖς κωμῳδουμένοις una cum Admeto Clitagorae quoque mentionem fecisse scholii auctorem. Qua de causa recte Blau eumque secuti Susemihl et Berndt supplerunt: Ἀμμώνιος δὲ ἐν τοῖς κωμῳδουμένοις ⟨καὶ τὸν Κλειταγόραν⟩ καὶ τὸν Ἄδμητον ἀναγέγραφε [1]), praesertim cum Clitagora et in Cratini versu ab Ammonio ipso adhibito et apud Aristophanem paucis versibus post (v. 1246) commemoretur. Utique Ammonius, id quod est gravissimum, et Clitagoram et Admetum ἐν κωμῳδουμένοις ἀναγέγραφεν. Sed cum simul ex iis quae sequuntur appareat Ammonium ambos pro poetis habuisse, Roemero praeeunte [2]) addendum est ὡς ποιητήν, ita ut totus locus scribendus videatur ⟨καὶ τὸν Κλειταγόραν ὡς ποιητὴν⟩ καὶ τὸν Ἄ. ἀ. Erravit quidem Ammonius de Admeto poeta, recte enim scholium ad v. 1245 explicit Ἁρμοδίου μέλος τὸ εἰς Ἁρμόδιον, καὶ Ἀδμήτου τὸ εἰς Ἄδμητον, quae verba olim cum scholio ad v. 1239 coniuncta fuisse videntur [3]). Atque fortasse Ammonius ipso Cratini versu in errorem ductus est, in quo Clitagora, quae vulgo poetria ferebatur, nominatur. Contra κωμῳδουμένων scriptori vitio vertendum non est, quod Clitagoram in catalogum recepit [4]).

---

p. 70 adn. ad schol. Pac. v. 363; A. Gudeman Grundriss der Geschichte der klass. Philologie Leipzig-Berlin 1907 p. 47 adn. 2.

1) Hoc modo uncini ponendi sunt, non ut Blau καὶ ⟨τὸν Κλ. καὶ⟩ τὸν. Vel hinc apparet non esse cur cum Blauio inter τὸν et τὴν Κλ. haesitemus.

2) Roemer scripsit καὶ τὸν Ἄδμητον ⟨ὡς ποιητὴν⟩ ἀναγέγραφε.

3) cf. Bergk l. l. p. 227. De Admeto recte iudicasse Phanodemum teste Artemidoro (l. 41 sqq. Duebn.) perspicuum est (peccat Richter in adn. ad Vesp. l.; verum vidit iam Mueller FHG I p. 367). De Phanodemo vide C. B. Gulick Harv. Stud. V 1894 p. 143; G. Meiners Quaestiones ad scholia Aristophanea historica pertinentes Diss. Hal. XI (1890) p. 362.

4) Clitagoram poetriam fuisse non poetam observavit Apollonius; cf. schol. Lys. 1237 (Suidas s. v.) . . . ἡ γὰρ Κλειταγόρα ποιήτρια ἦν Λακωνική, ἧς μέμνηται καὶ ἐν Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης; schol. vesp. 1245; Hesych. s. v. Ne nostris quidem temporibus de Clitagora consensio est; cf. Bergk l. l. p. 228, PLG III p. 652; Kock CAF I (1880)p. 84 sq.;

Sed mittamus interim Vesparum locum atque nos vertamus ad tria ea scholia, in quibus Ammonii nomen legitur.

Ad Av. v. 1297 sqq. Μειδίας δ' ἐκεῖ
ὄρτυξ ἐκαλεῖτο· καὶ γὰρ ᾔκειν ὄρτυγι
ὑπὸ στυφοκόπου τὴν κεφαλὴν πεπληγμένῳ

adnotat scholiasta (VR) Ὁ μὲν Δίδυμος οὕτως. ὁ δὲ Ἀμμώνιος ᾠήθη ἐξ ἐπιθέτου Μειδίαν ὄρτυγα καλεῖσθαι γελοίως διὰ τὸ κυβευτὴν εἶναι καὶ ἐν γύρῳ τοὺς ὄρτυγας κόπτειν [1]) (hic des. R), οὕτως αὐτὸν νῦν Ἀριστοφάνης προσεῖπε. δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης ἐν Περιάλγει 'χρηστὸν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον' (I p. 630 fr. 108 Platonis)[2]). λέγει δὲ ἐν Ποαστρίαις (I p. 381 fr. 41 Phrynichi) ὁ αὐτὸς, ὡς καὶ περὶ ἀλέκτορας αὐτοῦ ἐσπουδακότος. διαβάλλεται δὲ καὶ εἴς τε πονηρίαν, ὡς Πλάτων ἐν Νίκαις, καὶ κλοπὴν δημοσίων, ὡς Μεταγένης ἐν Ὁμήρῳ, καὶ συκοφαντίαν. κόβαλός τε ἐλέγετο εἶναι καὶ πτωχαλαζών, ὡς Φρύνιχος ἐν Ἐφιάλτῃ. Reliqua hanc ad quaestionem non spectant. Sane dilacerata et decurtata est adnotatio; evanuerunt omnino, quae Didymus de Midia ὀρτυγοκόπῳ[3]) scripsit, sive ea post οὕτως[4]), sive potius ante ὁ μὲν[5]) olim exstitisse censes. Quae sequuntur, alienissima sunt a Didymo, neque quisquam, ut opinor, Ad. Schauenburgio[6]) adstipulabitur, qui inde a γελοίως usque ἐν Ἐφιάλτῃ omnia Chalcentero, ut Ammonium, quem laudat, refutaret, tribuit[7]).

Reitzenstein Epigramm und Skolion p. 29; Roemer l. l. p. 116 sq.; Koepp Neue Jahrb. f. d. kl. Altert. V (1902) p. 617; G. W. Baker Harv. Stud. XV (1905) p. 174 adn. 3; Blaydes Analecta comica Graeca p. 321.

1) cf. Becker Charikles I 1840 p. 386.

2) Kockii numeros per totam disputationem non apponimus nisi ubi verba comicorum servata sunt.

3) cf. J. Kirchner Pros. Att. II n. 9714.

4) sic M. Schmidt Didymi Chalcenteri fragmenta p. 255.

5) ut Dindorf Duebner Rutherford.

6) De Symmachi in Aristophanis interpretatione subsidiis diss. Hal. 1881. p. 7 sqq.

7) Quae de vi verbi γελοίως a Didymo saepissime usurpati affert Schauenburg (adn. 12, cf. Rutherford Hist. of Annot. p. 435 adn. 1), nihili sunt. Semper enim in scholiis Aristophaneis γελοίως significat ὡς ἐν κωμῳδίᾳ (cf. Roemer Stud. p. 74 et 180; Rutherford

Neque enim aut ante aut post γελοίως distinguendum est[1]); et ea, quae κόπτειν sequuntur, sunt verba Ammonii, quibus suam de Midia sententiam explicat. Haec nimis perturbata — neque enim Aristophanem Περιάλγην et Ποαστρίας fabulas docuisse traditum est — aliqua ex parte sanari possunt ope scholii ad Luciani Jov. trag. 48 adscripti (p. 83 sq. Rabe), quod sine dubio ad eundem fontem redit (vide quae infra p. 41 sqq. de scholiis Lucianeis disputabimus): ὁ δὲ Μειδίας ὀρτυγοκόπος ἦν, ὡς Πλάτων Περιάλγει, καὶ περὶ τὰ ὅμοια δεινός· καὶ ὡς πονηρὸν δὲ καὶ κόβαλον καὶ τῶν δημοσίων νοσφιστὴν Φρύνιχος καὶ Πλάτων διαβάλλουσιν. Hic recte Περιάλγης tribuitur Platoni, cuius erat ex nobilissimis fabulis. Legimus autem post versum laudatum λέγει δὲ ἐν Ποαστρίαις ὁ αὐτός. Sed Phrynichum, non Platonem docuisse Poastrias memoriae proditum est. Haec ad restituenda monendum est varia comicorum testimonia in scholio afferi, quae artis vinculis non vincta facillime omitti potuerunt, antequam nostros in codices pervenerunt. Itaque primum aut supplendum δηλοῖ δὲ τοῦτο (an ταὐτὸ?) Ἀριστοφάνης ⟨καὶ ἐν . . . . . καὶ Πλάτων⟩ ἐν Περιάλγει aut Πλάτων pro Ἀριστοφάνης scribendum[2]), cuius nomen facili errore repeti potuit. Eodem modo explicantur quae sequuntur; nihil enim obstat, quominus statuamus post Πλάτων ἐν Περιάλγει olim

---

l. l., vide scholl. Ach. 95, Thesm. 682, 710 ὁ Σύμμαχος· γελοίως φησίσ, Plut. 818, adde innumerabilia illa γελοίου (γέλωτος) χάριν, γελοῖα ταῦτα, (γελοιωδῶς schol. Plut. 681). In universum cavendum est, ne nimium tribuamus 'particulis Didymeis', qua in re maxime peccavit Guil. Meiners l. l. p. 226 sqq. Velut de particula μήποτε v. schol. Av. 303 μήποτε οὐχ ἕν ἐστιν, ἀλλὰ δύο, φησὶν ὁ Σύμμαχος (cf. schol. Av. 1293), Ath. XI p. 487 c Πάμφιλος δέ φησι· 'μήποτε ἐκπώματός ἐστιν εἶδος, . . .', XIV p. 655 a Μηνόδοτος δ' ὁ Σάμιος (FHG III 105) . . . . 'οἱ ταοὶ ἱεροί εἰσι τῆς Ἥρας. καὶ μήποτε πρώτιστοι καὶ ἐγένοντο κτλ. Exempla plurima exstare in scholiis ad Aristotelem et rhetores scriptis monet me A. Brinkmann.

1) cf. Bergk l. l. p. 425; Schneider l. l. p. 77.

2) Hoc praefert A. Brinkmann; A Meincke Quaest. scenic. Spec. I p. 12 adn. (Spec. II p. 22) pro Ἀριστοφάνης vult καὶ Πλάτων, F. V. Fritzsche Quaest. Aristoph. I p. 60 adn. 9 proposuit Ἀριστοφάνης ἐν Πελαργοῖς καὶ Πλάτων ἐν Περιάλγει, M. Schmidt l. l. Ἀριστοφάνης καὶ Πλάτων, Blaydes Analecta com. Graeca p. 71 dubitanter Πλάτων

exstitisse ⟨καὶ Φρύνιχος ἐν . . . . .⟩, ut dubitandum sit, utrum versus χρηστὸν κτλ. ad Platonem an ad Phrynichum sit referendus[1]). Extrema autem in parte scholii Aristoph. cur verba tradita mutemus non est, nisi quod post συκοφαντίαν comicum nescio quem una cum fabula commemoratum esse sumas.

Restant duo scholia, quae Ammonii nomen offerunt eaque non minus turbata, quam quae adhuc tractavimus. Quorum in altero agitur de Thucydide Vesparum in v. 947 nominato. Atque spectat ad nos tertia adnotatio, quae apud Duebnerum p. 156 b 9 sqq. exhibetur. Ne acta agamus, liceat scholii priorem partem ita afferre, ut eam constituit Wilamowitz[2]), qui codicem V (R nihil habet) inspexit: ἄλλως· πρὸς τὴν ἱστορίαν· μήποτε ὁ Περικλεῖ ἀντιπολιτευσάμενος· τοῦτο δὲ . . . . Φιλόχορος μὲν τὸν ἱστορικόν· ὃς οὐδὲ πάντη γνώριμος ἐγένετο, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς κωμικοῖς διὰ τὸ ἐπ' ὀλίγον στρατηγίας ἀξιωθέντα ἐπὶ Θρᾴκης ὑπὸ Κλέωνος φυγῆς καταψηφισθῆναι. Quae sequuntur secundum V exscribam: ἔνιοι δὲ ὧν καὶ Ἀμμώνιος τοῦ Στεφάνου καὶ τοῦτο δὲ ὑπίδοι τις ὥσπερ προείρηται ὁ γενόμενος ὀστρακισμὸς ἐμφαίνει τὸν Μελησίου. Θεόπομπος μέντοι . . . . . ἀλλ' οὐκ Ἀνδροτίων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τὸν Μελησίου τὸν καὶ ὀστρακισθέντα. Recte iam Schneider (l. l. p. 93) verba ita distinxit ἔνιοι δέ, ὧν καὶ Ἀμμώνιος, τοῦ Στεφάνου, sed τοῦ Στεφάνου stare non possunt, ut cum Dindorfio et Meinersio lacuna sit indicanda aut, quod multo verisimilius videtur, cum Wilamowitzio et Kirchnero (Prosop. I p. 471 n. 7268) scriben-

---

1) cf. Dind. adn.; verba λέγει δὲ ἐν Ποαστρίαις . . . . . ἐσπουδακότος post Φρύνιχος ἐν Ἐφιάλτῃ ponunt Fritzsche l. l., Otto Schneider l. l. p. 76 sq., C. G. Cobet Observat. crit. in Platonis comici reliquias p. 171, M. Schmidt l. l., Fr. Clausen De scholiis veteribus in Aves Aristophanis compositis diss. Kil. 1881 p. 66 adn. 1. Falsam esse hanc coniecturam docemur verbis scholii Lucianei καὶ περὶ τὰ ὅμοια δεινός, quae a Rabeio immerito in suspicionem vocata ad rem in Poastriis vituperatam (περὶ ἀλέκτορας ἐσπουδακότος) spectant, qua in re mecum consentit Ric. Winter De Luciani scholiis quaest. sel. diss. Lips. 1908 p. 58 sq.

2) Herm. XII (1877) p. 354 adn. 39. Meiners l. l. p. 338 parum feliciter hunc locum tractat.

dum sit τὸν Στεφάνου (cf. τὸν Μελησίου). Quae sequuntur, A. Kiessling (apud Wil.) sic restituit καὶ τοῦτο δ' ἂν ὑπίδοιτό τις; denique pro ὥσπερ scribendum esse patet ὡς γὰρ aut ὥσπερ γὰρ [1]). Itaque Ammonius Thucydidem ab Aristophane commemoratum Stephani filium fuisse censuit. Thucydidem Stephani filium praeter hunc locum traditum invenimus apud Philodemum περὶ ῥητορικῆς Δ col. VI[a] 15 (Sudh. I p. 188): ὥστ]ε μη[δ]ὲ Περικλέ[α μηδὲ τὸν] Στεφάνου Θουκυδίδην μηδὲ τὸν Ὀλό[ρ]ου .... Quinam Thucydides his locis intellegendus sit [2]), est quaestio difficillima, quam nemo adhuc solvit, tamen Ammonio hunc Thucydidem aliunde (e comoedia ut postea apparebit) notum fuisse dici potest.

Quartum denique scholium, quod nobis offert Ammonii nomen, exstat ad Pacis versum 363 οὐδὲν πονηρὸν, ἀλλ' ὅπερ καὶ Κιλλικῶν. Afferuntur copiosissima de nomine, de cognomine, de urbe, quam prodidit Cillico sive Achaeus, testimonia, quae explicare et ordinare studuit Thomas Leuschen [3]); huc pertinent, quae leguntur inde a p. 182b 3 (RV): ὅτι πονηρός. ἄδηλον δὲ πότερον κύριον ὄνομα ἢ ἐπώνυμον. Ἀμμώνιος δὲ [4]) ὄνομα ἀναγράφει καί φησιν ὅτι [5]) Λάκων καὶ Κιλλικῶν ἐκαλεῖτο ὃς προδέδωκε Σάμον, οἳ δὲ Μίλητον. εἰπὼν δὲ οὐδὲν πονηρὸν, παρὰ προσδοκίαν κτλ. Huic loco sine dubio corrupto optime succurrit [6]) Suidas, qui saepissime genuinam vel integriorem scholiorum formam servavit atque codicis instar habendus est [7]). J. v.

---

1) Hoc proposuit Wilamowitz, prius A. Brinkmann.

2) cf. Wilamowitz et Kiessling l. l. p. 367; Th. Gomperz Rhein. Mus. XXXII (1877) p. 476; Kirchner l. l

3) De rebus Prienensium Leipz. Stud. zur klass. Philol. XII (1890) p. 130 sqq.; de toto scholio cf. Ad. Roemer Abh. der phil. Kl. der k. bayr. Ak. XXII 3, 1905 p. 626 sq.

4) δὲ exstat in R, cf. Rutherford II p. 70; post δὲ Herwerden (in editione Pacis Lugd. Bat. 1897) dubitanter inserit τὸ.

5) Blaydes Anal. com. Graeca p. 203 legit διότι vel διὰ τί.

6) Nam in iis, quae Schneider l. l. p. 92 et Wiesenthal Quaest. de nominibus propriis, quae Graecis hominibus in proverbio fuerunt diss. Erl. 1895 p. 57 protulerunt, nemo acquiescet.

7) cf. Lud. Kuesteri praef. (in ed. G. Bernhardii I p. III) ad Suidae lex.; Dindorfii praef. ad scholia Aristoph. (p. IV[a] Duebner);

Πονηροῖς postquam Pac. v. attulit, pergit ὁ Καλλικῶν. οὗτος προὔδωκε Σάμον, οἱ δὲ Μίλητον. ὡσεὶ εἶπεν, οὐδὲν κακὸν ποιῶ, ἀλλ' ἱερεσυλῶ . . . .; cf. s. v. Κιλλικών. Apparet Ammonii de proditore nobilissimo sententiam verbo Λάκων claudi et καὶ particulam ut diversissima coniungeret a scriba aliquo additam esse. Sic scholia distribuit et Rutherford — Suidae glossa non memorata —, quocum vertendum est: Ammonius catalogues the name and states that he was a Laconian.

Attulimus quattuor scholia, in quibus Ammonius laudatur[1]); nunc videamus, quid de opera et studio huius grammatici colligere possimus. Atque primum quidem ex iis, quae exstant in schol. Vesp. 1239 Ἀμμώνιος δὲ ἐν κωμῳδουμένοις, efficitur, quid potissimum grammaticus in animo habuerit. Nam sine dubio in verbis ἐν κωμῳδουμένοις si non titulus — de quo postea agemus — certe argumentum totius operis latet. Itaque non continuo commentario illustravit Aristophanem Ammonius, sed egit de κωμῳδουμένοις tantum, de iis, quos comoedia ludibrio habuit[2]), quod optime quadrat in Clitagoram Midiam Thucydidem Cillicontem. Multum praeterea proficimus verbis παραθεὶς τὰ τοῦ Κρατίνου ἐκ Χειρώνων· Κλειταγόρας ᾄδει κτλ., quibus edocemur Ammonium collegisse et composuisse comicorum locos, quibus unusquisque ludebatur. Comicorum has eclogas maximam partem hodie non exstare consentaneum est, sive a scholii auctore omissae sunt sive potius, ut est memoria scholiorum, paulatim evanuerunt. Et distribuit et ordinavit singula Ammonius, id quod intellegitur ex scholio ad Av. v. 1297.

G. Buengeri De Aristophanis Equitum Lysistratae Thesmophoriazusarum apud Suidam reliquiis Argent. 1878 liber posterior; id. Aristophanis Ranarum apud Suidam reliquiae Frib. 1881 p. 1 sqq.; C. Zacher Die Handschriften und Klassen der Aristophanesscholien Fleck. Jahrb. Suppl. XVI p. 503 sqq. p. 564.

1) Diversos Ammonios his locis statuendos esse nemo adhuc censuit, quia semper de κωμῳδουμένοις res est. — Quae in Aldina ad Eccl. v. 611 (Duebn. in adn. p. 540[b]) de μειράκιον et μεῖραξ legimus, ad eum Ammonium spectant, qui περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων scripsit; cf. Dind. Praef. (apud Duebn.) p. V[a] adn. 1; Schneider l. l. p. 93.

2) Primus Schneiderus l. l. p. 92 hoc suspicatus est.

Attulit enim ad Midiae ὀρτυγοκοπίαν praeter Aristophanem Platonis Περιάλγη et Phrynichum; hunc praeterea adhibuit ad Midiae studium in gallis collocatum probandum. Porro Platonis Νῖκαι fabula testabatur πονηρίαν, κλοπὴν δημοσίων Metagenis Ὅμηρος, de κόβαλος cognomine delegavit Ammonius — neque enim dubitari potest, quin haec omnia ad Ammonii de κωμῳδουμένοις libros redeant, cum optime quadrent ad Midiam κωμῳδούμενον — ad Phrynichi Ἐφιάλτην. Apparet, sicuti natura operis tulit, non Aristophanem tantum sed comicos in universum adhibitos esse. Neque quisquam negabit tale opus ad comicos explicandos summi momenti fuisse. Nam et hodie et antiquis temporibus quaestio erat, qui sit Thucydides Vesp. illo versu 947 nominatus. Ammonius, cum eum Στεφάνου filium fuisse diceret, quin collatis aliis e comoedia testimoniis sententiam suam probare studuerit vix est dubium. Neque minus ad vitas describendas pertinent Ammonii studia nec mirum, quod ipse tale quid adnotavit, quale invenitur in schol. ad Pac. v. 363: Cillico erat Lacedaemonius. Atque aliqua cum probabilitate fortasse divinare licet, qua de causa hoc statuerit grammaticus. Saepe enim Lacedaemonios propter perfidiam accusaverunt comici (cf. Arist. Ach. v. 308 cum scholio, Lys. v. 629, schol. Pac. 1068). Potuit igitur Cillico iste προδότης cum Lacedaemonio quodam coniunctus in comoedia aliqua occurrere, quod κωμῳδουμένων scriptor, diligenter ut collegit omnia, quae ad homines a comicis irrisos pertinent, falso interpretatus est.

Atque de indole Ammoniani libri eo certiores fimus, quod in schol. Vesp. 1239 bis legitur ἀναγέγραφε et in schol. Pac. 363 ἀναγράφει. Nam hoc verbum ἀναγράφειν proprium est 'litterati, qui indices quosdam condat eorumque ordinibus hanc vel illam rem inserat'[1]). Rettulit itaque Ammonius singulos κωμῳδουμένους in tabulas, ut totum opus catalogi speciem praeberet[2]). Qua

---

1) Aug. Nauck Aristophanis Byzant. fragm. p. 236 sq.; cf. R. Bentley Epist. ad. Io. Millium (opusc. acad. p. 509); M Schmidt Did. fragm. p. 352; L. Cohn P. W. V p. 467.

2) Hoc iam monuerunt Susemihl Fleck. Jahrb. CXXXIX (1889) p. 752; L. Cohn P. W. I p. 1865; Rutherford Schol. Aristoph. II p. 70 adn.

in re quem ordinem grammaticus secutus esse videatur postea quaeremus. — Ammonium praeter comicos etiam alios scriptores (ut rhetores, historicos) in usum vertisse, non est cur censeamus. Idem cadit in illa scholia, quae ad κωμῳδουμένους redire postea videbimus. Agitur enim praecipue de vitiis hominum ceteroquin maximam partem ignotorum, quarum rerum notitiam plerumque nisi ex comoedia haurire non potuerunt grammatici, id quod optime demonstravit Fr. Clausen [1]).

Praeterea cave credas Ammonium tale ad opus minus idoneum fuisse, cum duobus vel tribus locis perperam iudicaverit [2]). Erat enim grammaticorum veterum constans fere mos eum, quem exscriberent, tum potissimum nominare, cum ab eo dissentirent [3]).

Restat, ut videamus de aetate Ammonii. Sed hanc quaestionem ut ad liquidum perducamus operae pretium est prius investigare, qui potissimum ex magno Aristophanis interpretum numero hominibus a comicis exagitatis operam navaverint et quibus temporibus haec studia maxime floruerint. Hanc quaestionem ad solvendam aptissima sunt scholia Aristophanea, in quibus tot fragmenta veterum grammaticorum servata sunt [4]).

Atque ut omittam Aristotelis Διδασκαλίας, Callimachi πίνακας, Peripateticorum et Lycophronis libros de comoedia scriptos,

---

1) l. l. p. 30 sqq.; cf. Meiners l. l. p. 252 sqq. Ad ipsos κωμῳδουμένους respicit G. Stein Schol. ad Aristoph. Lysistratam diss. Gott. 1891 p. XIX (C. Zacher Berl. Phil. Wochenschr. 1893 p. 1638). Talia ipsis poetae temporibus singulis comoediarum locis addita esse olim F. Stoecker De Sophoclis et Aristophanis interpretibus Graecis Hammonae 1826 p. 1 sq. censuit, quem merito refutarunt C. F. Ranke Com. de Aristophanis vita Lips. 1830 p. CLXIX adn. 38, Clausen l. l. p. 30, Meiners l. l. p. 252 sq.

2) Habuit enim Admetum pro poeta, schol. Vesp. v. 1239; Thucydides porro, Vesp. v. 947 nominatus, qui Meletis filius est, (cf. Ach. v. 703 c. schol., Richter ad Vesp. l., Mueller ad Ach. l., Wilamowitz Hermae XII (1877) p. 353 sq.) pro filio Stephani; denique nescio an humanitus erraverit de Cilliconte Lacedaemonio.

3) cf. E. Rohde de Julii Pollucis in app. scaen. enarr. fontibus p. 50.

4) De grammaticis in scholiis Aristophanis laudatis vide tabulas Rutherfordii Hist. of Annot. p. 417 sqq.

quorum in fragmentis nihil inveniatur, quod ad κωμῳδουμένους revocari possit, primus Eratosthenes hoc loco afferendus est. Adscriptum enim est ad Pac. v. 755 οὗ δεινόταται μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες ἔλαμπον (idem versus Vesp. 1032) hoc: Ἐρατοσθένης ἀγνοήσας τὰ κατὰ τὴν Κύνναν κυνὸς γράφει.... Κύννα δὲ καὶ Σαλαβακχὼ πόρναι Ἀθήνησι.... τῆς δὲ Κύννης μέμνηται καὶ ἐν τοῖς Ἱππεῦσι (765) λέγων κτλ., cf. schol. Vesp. 1032. Quodsi Eratosthenes ad homines a comico exagitatos animum attendisset, sine dubio hanc coniecturam non fecisset. Hoc irritum non facit Hesychius s. v. ἀλκαῖον· ὅπλον...... Ἐρατοσθένης δὲ ὄνομα εἶναί τινος ἀνθρώπου κωμῳδουμένου, quae glossa fortasse ad schol. Thesm. 162 spectat[1]). Tale quid quantopere distet ab Ammonii κωμῳδουμένοις unusquisque statim videt. Ceterum iam Polemo[2]) Eratosthenem ludibrio habuit propter ignorantiam omnium, quae ad antiquitates attinent rerum Atticarum.

Huius grammatici Euphronium aequalem fuisse nunc consentiunt viri docti[3]). Quocum optime convenit, quod ea, quae de hominibus cavillatis attulit, a posteriorum more quam maxime abhorrent. Quae ad Av. v. 798 in commentario de Diitrephe ex tempore coniecerat, refelluntur hoc modo: ἀμάρτυρα δὲ ἀμφότερα. Μάρτυρες autem ei opponuntur multi comicorum loci ὅτι δὲ ἦν νεόπλουτος οὗτος ἐνεφαίνετο καὶ ἐν τοῖς Ἥρωσι (I 471, 307 K.) καὶ πανταχοῦ ἅρπαξ καὶ πονηρὸς καὶ πολυπράγμων. Πλάτων δὲ ἐν Ἑορταῖς (I 608, 31) καὶ ξένον[4]) (cf. scholl. Av. 1442; 766). Idem cadit

---

1) cf. Meineke Hist. crit. p. 249; Hesych. s v. Ἐξηκεστιδαλκίδαι; Bergk l. l. p. 374; O. Crusius P. W. I p. 1505.

2) Scripsit περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας; cf. Susemihl Lit. Alex. I p. 426 sq.; Sandys A History of classical Scholarship p. 125; Knaack P. W. VI 1 p. 384.

3) cf. C. Strecker De Lycophrone Euphronio Eratosthene comicorum interpretibus diss. Gryph. 1884 p. 7 sqq.; Wilamowitz Euripides Herakles I[1] p. 137; Susemihl Al. Lit. I p. 281; L. Cohn P. W. VI p. 1220 sq. Fragmentis a Streckero collectis nunc addere licet ex Lex. Messanensi (ed. Rabe Rhein. Mus. 47 p. 444 sqq.) f. 283 r. 10 sqq. . . . ὡς Εὐφρόνιος ὁ γραμματικὸς ἐν ὑπομνήματι Πλούτου Ἀριστοφάνους.

4) Fortasse καὶ ξένον Platonis verba sunt, v. Duebneri et Kockii adn.

in schol. ad Av. v. 1379 Εὐφρόνιος· ἐπειδὴ κυλλὸς ἦν ὁ Κινησίας. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν (v. p. 24 adn. 1)[1]; cf. praeterea schol. ad Av. 997 (de Metone) et Plut. 385 (de Pamphilo).

Ultimo hoc loco Euphronius componitur cum Callistrato, Aristophanis Byzantii, qui ipse ὑπομνήματα ad Aristophanis fabulas non scripsit[2]), discipulo, cuius nomen sexiens et viciens invenitur in scholiis Aristophaneis[3]). Multa sane de personis recte observavit, tamen nihil invenitur, quod proprium τῶν κωμῳδουμένων studium prodat[4]). Conferas velim schol. ad Plut. 179 (Ald.)[5]): Φιλωνίδην δὲ οὐ τὸν ποιητήν φησι ...., ὡς οἱ περὶ Καλλίστρατον ἐν τῇ ὁμωνυμίᾳ πλανηθέντες. ἀλλὰ παιδιᾶς ἕνεκα τὸν αἴσχιστον καὶ ἀπαίδευτον. κωμῳδεῖται δὲ ὡς — sequuntur comicorum loci, qui Callistratum fugerunt. Idem probatur scholiis ad Av. v. 440 (πίθηκος), 997 (de Metone), 1378 (de Cinesia), Vesp. 157 (de Dracontide), 675 (de Conno), Ran. 588 (de Glamone).

Praeter Callistratum Aristophane Byzantio magistro usus est Aristarchus, qui triciens in scholiis Arist. laudatus saepius de personis a poeta irrisis egit. Quomodo hoc fecerit, intellegitur ex scholio ad Ran. 990[6]): Ἀρίσταρχός φησιν ὠνοματοπεποιῆσθαι (de Μαμμάκυθος res est). At obiecit Demetrius Athenis nomen usitatum fuisse ipsumque Platonem fabulam ita inscripsisse. Didymus vero Mammacythum unum ex stupidorum personis in comoedia carptis esse docuit. Simili modo Aristarchi viam ac rationem cognoscimus e scholl. ad Ran. v. 308. (Διονύσου ἱερεύς), 970 (de Theramene). Itaque grammaticum in observationibus, quae ad personas a poeta exagitatas pertinent,

---

1) cf. de hoc scholio Ad. Roemer Philol. 67 (1908) p. 387.

2) cf. Susemihl Alex. Lit. I p. 438; Cohn P.W. II p. 999.

3) Novum fragmentum praebet ὑπόμνημα ad Aristophanis incertam fabulam, quod ed. D. Comparetti, Papiri Greco-Egizii II fasc. 1 n. 112. p. 15 (fr. C. col. I v. 7).

4) cf. Rud. Schmidt Comm. de Callistrato Aristophaneo (in Nauckii Arist. Byz. fragm.) p. 325 sq.

5) De Aldina, quae sola nonnumquam scholia vetera servavit, vide Zacheri disputationem l. l. p. 699 sqq.

6) cf. Otto Gerhard De Aristarcho Aristophanis interprete diss. Bonn. 1850. p. 25; Roemer Phil. 67 p. 375 sq.

non admodum feliciter versatum esse neque maiorem operam in iis posuisse summo iure contendit O. Gerhard [1]). Igitur neque Aristarchus neque quisquam ante eum usus est tali libro, qualem confecit Ammonius. Nam ne unum quidem exemplum eiusmodi nobis servatum est, cum tot fragmenta et Aristarchi et eorum, qui una cum eo aut ante eum fuerunt, inveniantur in scholiis Aristophaneis. Quod intellegi non potest, nisi sumas Aristarchi aetate κωμῳδουμένων libros nondum exstitisse.

Quae cum ita sint, Ammonium κωμῳδουμένων scriptorem post Aristarchum fuisse necesse est. Quid, nonne censebimus Ammonium esse discipulum et successorem Aristarchi, cuius de Homero studia sunt notissima [2])? Hoc iam Fabricius (in Bibl. Gr. V p. 712) suspicatus est, recentiorum nemo scrupulum iniecit [3]). Neque quidquam nostris in scholiis legitur, quod huic opinioni adversetur; immo vero ex scholio ad Vesp. v. 1239 Ammonii libro usum esse Apollonium τὸν Χαίριδος cognoscimus, qui primo a. Chr. n. saeculo floruit [4]).

Hoc maximi est momenti; videmus enim Ammonii Alexandrini κωμῳδουμένους statim in usum suum vertisse comicorum interpretes. Interpretatus est Apollonius Aristophanem; quodsi Schneider [5]) eum peculiari libro de personis ab Aristophane sugillatis egisse existimavit, misera scholii ad Vesp. 1239 condicione in errorem ductus est. Tamen huic rei maxime studuit Apollonius, quem de Cillicone egisse testis est scholium ad Pac. 363 (p. 182a 51 sqq.) ἐπὶ γὰρ πονηρίᾳ διαβάλλεται. Ἀπολλώνιος δὲ ὄνομα μὲν αὐτῷ φησιν εἶναι Ἀχαιὸν παρωνύ-

---

1) l. l. p. 36; cf. Wilamowitz Phil. Unters. IV p. 164 sq.; Susemihl Alex. Lit. I p. 459 et adn. 132; Cohn P.W. II p. 873.

2) In universum de Ammonio videas Susemihl l. l. II p. 153 sqq.; L. Cohn P.W. I p. 1865 sq.

3) cf. Schneider l. l p. 92; Blau l. l. p. 12; Wilamowitz Herm. XII p. 354 adn. 39, p. 367; Susemihl l. l.; Cohn P.W. I p. 1865; Rutherford III p. 432 adn. 8, II p. 70 adn.; Gudeman l. l. p. 47 et adn. 2.

4) De Chaeride eiusque filio Apollonio cf. Ric. Berndt l. l. p. 46 sqq.

5) l. l. p. 92; cf. C. Zacher Burs. Jahresber. 71. (1892) p. 121; Ottom. Bachmann Berl. phil. Wochenschr. 1893 p. 1284.

μως Κιλλικῶντα, τὸ γένος Μιλήσιον . . .[1]), quae omnia pugnant cum Ammonii de proditore isto sententia; atque verisimile est hoc quoque loco Apollonium ante oculos habuisse Ammonii κωμῳδουμένους. Addas quae leguntur ad Ran. v. 501 μὰ Δί' ἀλλ' ἀληθῶς οὐκ Μελίτης μαστιγίας (l. 31 sqq.). Ἀπολλώνιος δὲ οὐ κακῶς ὑπονενοῆσθαί φησι τὸ κωμῳδεῖσθαί τινα ἴσως δὲ ὅτι ἦρχε, διὰ τοῦτο οὐκ ὠνομάσθη. ἢ ⟨διὰ τὸ?⟩ ὀλίγον πρότερον (v. 428) εἰρῆσθαι. Καλλίας γὰρ ὁ Ἱππονίκου ἐν Μελίτῃ ᾤκει (Hypoth. I ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου . . . .). παρεικάζει δὲ αὐτὸν (ἅμα del.?) τῷ Ἡρακλεῖ, ἅμα χλευάζων διὰ τὸ λεοντῇ ἐν ταῖς μάχαις χρῆσθαι, ὡς ἐν τοῖς ὀπίσω (v. 430)· κύσθου λεοντῆν ναυμαχεῖν ἐνημμένον . . . ., quae magnum optimae eruditionis documentum prae se ferunt. Praeterea in censum venit schol. Ran. 791. Monendum tamen est, his in scholiis simpliciter Ἀπολλώνιον laudatum esse, non Ἀπολλώνιον τὸν Χαίριδος, sed plane assentior Rutherfordio, qui scholia Apollonii nomine ornata vocat 'notes all of a piece and suggesting by their character the identification of this Apollonius with the Ἀπ. ὁ Χ. of V. 1239'[2]).

Hunc Apollonium adhibuisse Artemidorum[3]) testis est schol. Vesp. 1239; utrum tamen ad κωμικὰς λέξεις hoc fragmentum redeat an potius alium ad librum incertum est.

Accedunt alii, qui post Aristarchum comicis operam navaverunt neque minus Apollonio ea tractaverunt, quae spectant ad homines a poetis sugillatos. Commemoravimus iam Demetrium Ixionem, quem commentarium in Aristophanem scripsisse verisimile est[4]). Hic contra Aristarchum, cuius fuit acer-

---

1) Quae sequuntur usque ad b 2 Apollonii sunt; aliter Leuschen l. l. p. 132.

2) Hist. of Annot. p. 432 adn. 11; eadem censent Wilamowitz Phil. Unters I p. 155 adn. 72, Herakles I[1] p. 179 adn. 111, Susemihl l. l. II p. 162 adn. 101, Gudeman l. l. p. 79 adn. 3. Diversos statuit Cohn P. W. II. p. 135.

3) De Artemidoro cf. Schneider l. l. p. 93 sq.; Susemihl l. l. II p. 186; Wentzel P. W. II p. 1331.

4) cf. Tr. Staesche De Demetrio Ixione grammatico diss. Hal. 1883 p. 25 sqq.; Susemihl l. l. II p. 166 adn. 123; Cohn P.W. IV p. 2816 Non multo post Aristarchum, cuius discipulus fortasse erat, eum fuisse hodie omnes fere consentiunt; cf. Er. Rohde Rh. Mus XXXIII p. 168

bissimus adversarius, Platonis fabulam Μαμμάκυθος inscriptam attulit (Schol. Ran. 990; cf. Meineke Hist. crit. p. 175; p. 219 sq.; Hesych. s. v.). Item ex scholio ad Ran. v. 308 intellegitur, quomodo comoedias ad κωμῳδουμένους adhibuerit, etiam schol. Ran. 970 [1]) conferri potest.

Praeter Demetrium hic in censum venit Timachidas [2]) saepius in scholiis ad Ranas commemoratus, qui quae in schol. ad v. 55 de Molone adnotat, ad κωμῳδουμένους spectare postea clarius apparebit.

Mittamus incerta. Ut sint pauca fragmenta, quibus pepercit temporum invidia, hoc tamen pro certo affirmari potest post Aristarchum comicorum interpretes quam accuratissime animum advertisse ad homines a poetis irrisos, ut explerent lacunam, quam Aristophanes illi et Aristarchi reliquerunt, neque eos neglexisse libros peculiariter hanc ad quaestionem scriptos. Atque hoc optime congruit cum iis, quae tertia in parte disputationis demonstrare conabimur de vitarum scriptoribus, qui quarto vel tertio ante Chr. n. saeculo fuerunt.

Iam ventum est ad Didymum Chalcenterum, qui non solum commentaria scripsit amplissima ad Aristophanem aliosque comoediae poetas, sed etiam vastam hanc materiem ordinavit et composuit in λέξει κωμικῇ. Quos libros, et commentaria et λέξιν, a posterioribus lexicographis interpretibus compilatoribus certatim excerpta esse non est quod moneam. Scholia vero Aristophanea, quae diem tulerunt, maximam ad partem redire ad Didymi commentarios nemo est qui nesciat [3]). Non est meum denuo retractare hanc quaestionem, id solum afferam in Didymi de Demosthene commentario nuper reperto Aristophanem bis laudari (Ran. v. 237: col. XI 25 sq.; Av. v. 28: col. XI 61 sq.) atque utroque loco eadem fere exhiberi, quae in scholiis nostris ad Aristophanis versus a Chalcentero laudatos leguntur (cf. et schol. ad Ran. v. 223, ubi Didymi nomen

---

adn. 6; A. Daub Studien zu den Biographica des Suidas (1882) p. 86 sq.; Staesche l. l.; Susemihl l. l. p. 164; Cohn l. l. p. 2845.

1) cf. Ad. Roemer Phil. 67 p. 381 sqq.

2) cf. Schneider l. l. p. 91; Wilamowitz Herakles I[1] p. 147 adn. 41; Susemihl l. l. II p. 188 sq.

3) cf. Cohn P. W. V p. 455 sqq.; addi possunt O. Crusius Phil. Anz. XVI (1886) p. 546 sqq.; G. Stein l. l. p. I sqq.; Gulick l. l.

exstat). Quae cum ita sint, non inutile erit paulo accuratius studia huius grammatici ad κωμῳδουμένους pertinentia tractare, quorum reliquiae sat multae inveniuntur in scholiis Aristophaneis ipsius Didymi nomine ornatis.

Ordiamur a schol. Thesm. v. 162 saepissime ad partes vocato, ex quo discimus Aristophanem Byzantium vulgarem lectionem Ἀχαιός mutasse in Ἀλκαῖος[1]), contra Didymum Ἀχαιός praetulisse, quia Alcaei carmina propter dialectum nota non fuissent, cui sententiae quid repugnet recte affert scholiasta, qui pergit l. 47: ἀλλαχοῦ[2]) δὲ ὁ Δίδυμός φησιν, ἡ μὲν γραφὴ δύναται μένειν, οὐκ ἂν δὲ τούτου τοῦ μελοποιοῦ μεμνῇτο[3]), πάλιν τὸ αὐτὸ λέγων, ὅτι οὐκ ἐπεπόλαζε τὰ μέλη Ἀλκαίου ⟨. . . ἀλλ' Ἀλκαίου⟩[4]) τοῦ κιθαρῳδοῦ, οὗ καὶ Εὔπολις ἐν Χρυσῷ Γένει μέμνηται (I 334 fr. 280). τί δὲ ἐνταῦθα κιθαρῳδοῦ, περὶ ποιητοῦ ὄντος τοῦ λόγου; Itaque Didymus adposuit Eupolidis versum, ut suam stabiliret de Alcaeo citharoedo sententiam, sicuti Ammonius attulit Cratini versum de Admeto[5]). Quod Chalcenterus hac in re longe a via aberravit, nostra nihil refert.

Midiae scholium in mentem revocat schol. ad Av. v. 1294, in quo ad poetae verba Ὀπουντίῳ δ' ὀφθαλμὸν adscribuntur haec: Δίδυμος· ὡς τοιούτου τὴν ὄψιν ὄντος μνημονεύει αὐτοῦ καὶ μέγα ῥύγχος ἔχοντος καὶ ὁ τὰς Ἀταλάντας γράψας (Strattis?; cf. Meineke Hist. crit. p. 225) καὶ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχοις[6]). Haec quamvis in brevius contracta κωμῳδουμένων rationem sine dubio prae se ferunt.

---

1) Quid viri docti nostrae aetatis censuerint, composuit Victor Coulon Quaest. crit. in Aristophanis fabulas Argentorati 1908 (Diss. phil. Argent. select. vol. XIII fasc. 1) p. 228 sq.

2) Quo loco iterum hac de re quaesiverit grammaticus, pro certo affirmari non potest; aliqua tamen cum probabilitate Enger (in Zimmermanni Zeitschr. f. d. Altertumswiss. VIII (1841) p. 935 sq.) κωμικῇ λέξει (cf. Cohn P. W. V p. 461 sqq.) hanc posteriorem adnotationem tribuit; cf. Schneider l. l. p. 17; Cohn l. l. p. 458; Rutherf. ad. l.

3) μέμνηται traditur, quod correxit Rutherford.

4) corr. Ruth. et Roemer Abh. d. phil.-hist. Kl. d. K. bayr. Ak. d. Wiss. XXII 3 (1905) p. 615 sq.

5) cf. Crusius P.W. I p. 1505.

6) Roemer Philol. 67 p. 402 post μνημονεύει probabiliter inserit καὶ πρότερον (cl. scholl. 1292 et 153). Vide et W. A. Oldfather ibid. p. 447 adn. 117.

Praeterea Chalcenterum et eos locos, quibus quem ludibrio habeat comicus nominatim non dicit, in disputationem vocasse testes sunt scholia in Av. v. 440 (de Panaetio)[1]) et in Lys. v. 313. Quo loco legitur Δίδυμος καὶ Κράτερός φασι ταῦτα αἰνίττεσθαι εἰς Φρύνιχον τὸν Στρατωνίδου. At Craterum Aristophanis verba recte ad Phrynichum rettulisse atque adeo iure id fecisse cum Cobeto hodie nemo censebit[2]); potius Didymus, cum de Aristophanis loco ad Phrynichum referendo disputaret, ex Crateri ψηφισμάτων συναγωγῇ decreti alicuius summam attulit, quae in scholio sequitur inde ab ἐκακοηθεύσατο usque ad χαλκῇ[3]); neque dubium est, quin ipse Chalcenterus ut sua firmaret addiderit Ranarum locum. Atque fortasse ante καὶ ἐν Βατράχοις olim legebatur κωμῳδεῖται sive μέμνηται δὲ τούτου.

Ne ceteros quidem Phrynichos κωμῳδουμένους neglectos esse a Didymo docet schol. ad Ran. v. 13 (cf. Suid. s. v. Λύκις): Δίδυμός φησιν ὅτι νῦν Φρυνίχου τοῦ κωμικοῦ μέμνηται ὡς παρ' ἕκαστα ἐν ταῖς κωμῳδίαις φορτικευομένου. ἔστι δὲ πατρὸς Εὐνομίδου. κωμῳδεῖται δὲ καὶ ὡς ξένος καὶ ἐπὶ φαυλότητι ποιημάτων καὶ ὡς ἀλλότρια λέγων καὶ ὡς κακόμετρα[4]). εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς Φρύνιχοι. His in verbis reliquias tantum adnotationis Didymeae contineri vel ex schol. in Av. v. 750 (de quo postea) cognosci potest, in quo quattuor Phrynichi recensentur κωμῳδουμένων more, quorum de tertio afferuntur haec: τρίτος Φρύνιχος ὁ κωμικός, οὗ μέμνηται Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα. Atque Veneti adnotatione, quae sequitur in schol. Ran. 13 Φρύνιχος δὲ ὁ κωμικὸς οὐδὲν τούτων ἐποίησεν ἐν τοῖς σῳζομένοις αὐτοῦ· εἰκὸς δὲ ἐν τοῖς ἀπολωλόσιν εἶναι αὐτοῦ τοιοῦτόν τι ea quae Didymus affert 'leere Flunkerei'

---

1) cf. Clausen l. l. p. 34 sq.; Roemer l. l. p. 403 sq.

2) Cobetum Mnemos. N.S. I (1873) p. 125 errasse iam Mueller vidit FHG II p. 622 fr. 11; cf. Schneider l. l. p. 73 adn. 1; P. Krech De Crateri Ψηφισμάτων Συναγωγῇ diss. Gryphisw. 1887 p. 22 sq.

3) Rutherford Δίδυμός φησι .... Στρατωνίδου. καὶ Κράτερος scripsit, quem sequitur Roemer l. l. p. 377 sq., nisi quod posuit κατὰ Κράτερον; aliter ordinavit verba Meiners l. l. p. 226. Neque tamen mutatione sed explicatione opus est.

4) Rutherford inutiliter coniecit ὡς ⟨τὰ⟩ ἀλλότρια λέγων καὶ ὡς κακόμετρος.

(sic Roemer l. l. p. 386) esse non demonstratur. Hausta sunt optimis e fontibus (sc. e κωμῳδουμένων libris), id quod olim censuit G. Kaibel [1]).

Praeterea in censum veniunt scholl. ad Av. v. 877 (De Cleocrito) [2]), Av. 1379 (de Cinesia) [3]). Sed omissis levioribus [4]) veniamus ad Vesp. v. 1177 sqq., in quibus Philocleo λόγους σεμνοὺς affert hos:

πρῶτον μὲν ὡς ἡ Λάμι' ἁλοῦσ' ἐπέρδετο,
ἔπειτα δ' ὡς ὁ Καρδοπίων τὴν μητέρα

quibus respondet Bdelycleo:

μή μοί γε μύθους, ἀλλὰ τῶν ἀνθρωπίνων [5]).

Recte in scholiis et Lamiam et Cardopionem [6]) ex fabulis fictis

---

1) Herm. XXIV p. 35 'die von Didymus beigebrachten Vorwürfe stammen aus der gleichzeitigen Komödie, und die Auseinandersetzung war ursprünglich eine viel ausgeführtere, auch mit Belegstellen gestützte'.

2) cf. schol. ad Ran. v. 1437. Didymum hoc loco ad κωμῳδουμένους spectare apparet; cf. Gulick l. l. p. 86; longe aliter Roemer l. l. p. 378 sq , qui in hoc maxime errat, quod censet 'Ferner ist das Präsens κωμῳδεῖται ein sicherer Beleg dafür, dass diese Weisheit aus der vorliegenden und keiner anderen Stelle erschlossen wird'; conferas modo schol. Ran. 13 κωμῳδεῖται δὲ καὶ ὡς ξένος καὶ ἐπὶ φαυλότητι ποιημάτων καὶ ὡς ἀλλότρια λέγων καὶ ὡς κακόμετρα. Praeter hunc locum plurima exempla exstant per hanc disputationem sparsa.

3) Chalcenteri de Cinesia sententia olim exstabat ad Ran. 1437 (cf. schol. Av. 1379), ubi hodie haec tantum leguntur ὡς λεπτὸς σφόδρα ὢν κωμῳδεῖται καὶ ὡς ξένος καὶ ὡς κόλαξ; adde Plut. quaest. conv. p. 712a τίς . . ὁ Κινησίας παρὰ Πλάτωνι, praeterea schol. Ran. 404 et Harpocrat. i. v.; Eccl. v. 330; Aristophanis Gerytadis fr. 149 (I p. 428); Pherecratis Chironis fr. 145 (I p. 188). — Praeterea huc aliqua ex parte spectat schol. Ran. 965 (de Phormisio). Verba δασὺς (sic ex schol. Eccl. 97 scrib. pro βαθὺς, cf. Bloemers Obs. crit. diss. Traiect. 1904 p. 66) δὲ ἦν κτλ. Roemer (l. l. p. 402) recte Didymo hoc loco abiudicat; fortasse sumpta sunt ex schol. Eccl. 97.

4) ut schol. Av. 1295, de quo cf. Roemer l. l. p. 402 sq.; schol. Plut. 720, Hesych. i. v. ὄξος Σφήττιον, Ath. II p. 67 c d, cf. Roemer l. l. p. 387 sqq. De scholl. ad Ran. 990 et 55 postea agendum. Notandum est in schol. ad Thesm. v. 31 (de Agathone) Didymum secutum esse Aristarchum; cf. de difficili hoc loco Enger et Fritzsche in edd. Thesm. et Rutherf. in scholl. ed.

5) cf. v. Leeuwen Mnemos. XXXVII (1909) p. 124.

6) De Lamia cf. schol. Eccl. 77. — de Cardopione cf. Fr. Leo

sumptos esse exponitur, contra tamen Didymus (schol. ad v. 1178): Δίδυμος· ὁ Καρδοπίων ζητητέος· οὐδαμοῦ κωμῳδεῖται[1]). ἀλλ' Ἀγκυλίων, ἐπὶ τῷ τὴν μητέρα (κακῶς ins. Portus) διατιθέναι· λείπει δὲ ἔτυψεν. Quibus e verbis apparere mihi videtur Didymum de Cardopione frustra quaesivisse in libro aliquo de κωμῳδουμένοις scripto, in quo comoediae loci, in quibus de Ancylione[2]), quocum comparandus est Cillico, res erat, collecti erant. Neque enim quisquam, puto, iam cum Meinersio (l. l. 255 sqq.) Didymum primum fuisse censebit, qui 'de Aristophanis aequalibus a poeta irrisis, sed ceteroquin obscuris' egerit, 'utpote cum alii libri de his rebus omnino consuli non esset moris' [3]). Sane summum studium posuit grammaticus in κωμῳδουμένοις, quod exemplis allatis demonstravisse me puto, sed plane incredibile est Chalcenterum, quae de hominibus irrisis affert, ipsis e comoediis collegisse atque prorsus neglexisse libros data opera de κωμῳδουμένοις scriptos, praesertim cum ea scholia, quae Ammonii nomen ferunt, ex ipsius Didymi commentario nostros in codices manasse omnes mecum consentiant[4]). Quod quidem plerumque Chalcenterus κωμῳδουμένων libris sese usum esse disertis verbis dicere supersedit, consentit cum aliorum grammaticorum ipsiusque more sollemni, qui optime illustratur

Quaest. Aristophaneae diss. Bonnens. 1872 p. 47 sent. contr. VIII; Roemer l. l. p. 374 sq.

1) Similia leguntur in scholiis Av. 281 . . . . . Ἄλλως· ἐν ἐνίοις ὑπομνήμασιν, ὅτι προκέφαλός ἐστιν ὁ Φιλοκλῆς ὡς ὁ ἔποψ. ἀλλ' οὐδαμοῦ κεκωμῴδηται. Av. 17 ad poetae verba τὸν μὲν Θαρρελείδου.... Ἄλλως. οἱ μὲν πλείους ὑπειλήφασιν υἱόν τινα Θαρρελείδου βραχὺν καὶ παραπλήσιον κολοιῷ κωμῳδεῖσθαι. οὐκ ἔχομεν δὲ υἱὸν αὐτοῦ διὰ τῆς κωμῳδίας εἰπεῖν (leg. εὑρεῖν). Av. 1379 . . . Εὐφρόνιος· ἐπειδὴ κυλλὸς ἦν ὁ Κινησίας· τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ . . . Praeterea cf. scholl. Nub. 971; Av. 766; Av. 798; Ran. 791.

2) Vesp. v. 1397 ἀρτόπωλις filia Ancylionis memoratur. De Ancylione, qui fuit titulus fabulae et Eubuli et Alexidis, egit fusius Her. Breitenbach De genere quodam titulorum comoediae Atticae diss. Bas. 1908 p. 74 sq.

3) Hoc monuerunt et C. Zacher Burs. Jahresber. 71 (1892) p. 121 et O. Bachmann B. ph. W. 1893 p. 1284.

4) In schol. Av. v. 1297 Didymus fortasse pugnavit cum Ammonio; de schol. ad Vesp. 947 v. Wilamowitz Herm. XII p. 353, de schol. Vesp. 1239 v. Bapp Leipz. Stud. VIII p. 144.

Commentario Demosthenico recens reperto. Et quamvis fieri potuerit, ut Didymus comicorum locos ad homines a comicis agitatos pertinentes ipse de suo adderet[1]), quippe qui praeter Aristophanem commentario instruxerit Cratinum, Phrynichum, Menandrum (fortasse et Eupolidem)[2]), in universum tamen summo iure dicendum est et novisse et usurpasse Didymum libros περὶ κωμῳδουμένων scriptos. Qua in re quod saepius graviter peccavit, non curamus.

Restat, ut pauca dicamus de Symmacho Aristophanis interprete, quem quasi patrem nostrorum scholiorum fuisse censet Schneider probante Wilamowitzio (Herakles I[1] p. 179 sqq.), quem sequuntur plurimi. Sed difficillima haec de Symmacho quaestio inchoata magis quam ad finem perducta esse mihi videtur[3]), ut grammatici huius studia ad κωμῳδουμένους spectantia hoc loco accuratius pertractare non ausim.

Satis mihi multa verba fecisse videor et de Ammonii opere et de studiis interpretum ad κωμῳδουμένους spectantibus. Nunc in universum scholia perscrutemur atque quaeramus, quaenam eorum ita sint comparata, ut etsi scriptoris nomen non adponitur, tamen ad κωμῳδουμένων libros revocanda sint. Atque primum quidem afferamus ea, quae ornata ipsis comicorum locis nostram ad quaestionem spectare verisimillimum est, deinde ea, quae, etsi desint comicorum testimonia, maiore vel minore cum probabilitate huc referenda videntur. Quae iam attulimus, praetermisimus hac in enumeratione; praeterea negleximus ea scholia, in quibus laudatur Aristophanis fabula superstes, qualia sine dubio maximam partem ipsi scholiastae adposuerunt[4]).

Quinque fabulae commemorantur de Melanthio et de Laespodia. De priore quae diversis locis narrantur coniungenda sunt — id quod saepissime faciendum est in scholiis:

---

1) Eadem de omnibus interpretibus comicorum magis minusve valent.

2) cf. Cohn P.W. V p. 457 sq.

3) cf. O. Gerhard l.l. p. 1 sqq.; Schauenburg l.l. p. 3 sqq. p. 33; Meiners l. l. p. 221 sqq.

4) Seorsum infra p. 34 sqq. scholia sequentur, in quibus ὁμώνυμοι tractantur.

schol. Pac. 803. ὁ δὲ Μελάνθιος κωμῳδεῖται εἰς μαλακίαν καὶ ὀψοφαγίαν. καὶ πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς Κόλαξιν Εὔπολις αὐτὸν ὡς κίναιδον διαβάλλει καὶ κόλακα. ἀλλὰ καὶ ὡς λευκὰς ἔχοντα καὶ λεπρὸν Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισιν. Laudantur dein Av. v. 150 sq., ad quos adnotata sunt haec: . . . . . Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Σκευαῖς ὡς λάλον σκώπτει. Καλλίας Πεδήταις (I 696 fr. 11) Addas schol. Pac. 808 . . . ὅτι γὰρ ὁ Μελάνθιος ὀψοφάγος προείρηται. καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις.

De Laespodia agitur in schol. ad Av. 1569: . . . . Λαισποδίας δὲ καὶ Δαμασίας ὡς κακόκνημοι διαβάλλονται. μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Εὔπολις ἐν Δήμοις (I 284 fr. 102). τοῦτον δὲ τὸν Λαισποδίαν . . . . ., μέμνηται δὲ αὐτοῦ Φρύνιχος ἐν Κωμασταῖς ὡς πολεμικοῦ γεγονότος. Φιλύλλιος δὲ ἐν ταῖς Πλυντρίαις ὡς φιλοδίκου. εἶχε δὲ καὶ περὶ τὰς κνήμας αἰτίας τινάς, ὥς φησι Στράττις ἐν Κινησίᾳ· διὸ καὶ κατὰ σκελῶν ἐφόρει τὸ ἱμάτιον, ὡς Θεόπομπος ἐν Παισί. cf. Hesych. i. v. Λαισποδίας, Plut. Moral. p. 712 a, Meiners l. l. p. 299 sq.

Quattuor fabulae inveniuntur his locis:

schol. Vesp. 592. Εὔαθλος ῥήτωρ ⟨καὶ⟩ (Roemer Stud. p. 24) συκοφάντης, οὗ μνημονεύει καὶ ἐν Ἀχαρνεῦσι καὶ ἐν Ὁλκάσιν οὕτως (I 498, 411). μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ καὶ Κρατῖνος ἐν Θράτταις, cf. schol. Ach. 710.

schol. Vesp. 1187. . . . . . . Ἀνδροκλέα δὲ Κρατῖνος Σεριφίοις φησὶ δοῦλον καὶ πτωχόν, ἐν δὲ Ὥραις ἡταιρηκότα Ἀριστοφάνης τὸν αὐτόν. Τηλεκλείδης (Blaydes 'fort. τόν αὐτὸν δὲ Τηλ.') δὲ ἐν Ἡσιόδοις καὶ Ἐκφαντίδης βαλλαντιοτόμον; cf. Hesych. s. vv. ἀπ' ἀγείρων et Διονυσοκουροπυρώνων; Zenob. 3, 77; Bekker Anecd. 394, 21 Ἀνδροκολωνοκλῆς; Kirchner Prosop. I p. 66 n. 870.

schol. Pac. 692. Ὑπέρβολος: Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ (I 73, 196); accedunt: Nub. 533 Eupolidis Μαρικᾶς, 558 Platonis fabula, Ald. ad. 552 (Duebn. p. 435 a) Ἕρμιππος ἐν ταῖς Ἀρτοπώλισι[1]). cf. Nub. 557. 1065. Ach. 848; schol. in Luc. Tim. 30.

---

1) De hoc scholio uberius disputaverunt Fritzsche Acta societatis Graec. I 1836 p. 133 sqq., Bergk Comm. p. 311 sqq.; cf. et Meineke Hist. crit. p. 94; p. 189 adn. 6; Kirchner Pros. Att. n. 13910.

schol. Av. 31. Ἀκέστωρ: Θεόπομπος Τεισαμενῷ, Καλλίας ἐν Πεδήταις (I 696, 13), Κρατῖνος ἐν Κλεοβουλίναις (I 39, 85), quibus ex schol. Vesp. 1221 addere licet Μεταγένης Φιλοδύτῃ (I 708, 13); cf. Phot. lex. i. v. Σάκας, Eupol. frg. Adulat. 159 p. 301.

schol. Plut. 179. (Φιλωνίδης) . . . . . . κωμῳδεῖται δὲ ὡς εὔπορος (? Kock I p. 734; Blaydes 'l. ἀπαίδευτος ex schol. ad 303 aut ἄγροικος') καὶ ὡς μέγας τῷ σώματι καὶ ἠλίθιος. Νικοχάρης Γαλατείᾳ (I 771, 3). περὶ δὲ τοῦ μεγέθους Φιλύλλιός φησιν (I 787, 23) καὶ Πλάτων δὲ Λαΐῳ φησὶν (I 618, 64) καὶ Θεόπομπος Ἀφροδισίοις (I 734, 4. 5); cf. schol. Plut. 303.

Sequuntur ea scholia, in quibus trini comicorum loci exstant:

schol. Nub. 691. Ἀμυνίας: Κρατῖνος ἐν Σεριφίοις, Εὔπολις ἐν Πόλεσι (sec. schol. Vesp. 1267), Ἀριστοφάνης ἐν Σφηξί; cf. scholl. Vesp. 74, 75, 466. Liban. pro saltat. or. LXIV 83, t. IV p. 473 Foerst.

schol. Nub. 1001. οἱ Ἱπποκράτους: (Ἀριστοφάνης) ἐν Γεωργοῖς, ἐν Τριφάλητι. Εὔπολις ἐν Δήμοις (285, 103); cf. schol. Thesm. 273, Phot. i. v. σῦς· ὗς τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς ἔλεγον καὶ τοὺς Παναιτίου καὶ Μέμνονος εἰς ὑηνίαν κωμῳδοῦντες; Ath. III p. 96 e.

schol. Av. 766. ὁ Πεισίου: Κρατῖνος ἐν Χείρωσι (I 83, 233), Πυλαίᾳ, Ὥραις; cf. Kirchn. Pros. n. 9802.

schol. Av. 988. Διοπείθης: Τηλεκλείδης ἐν Ἀμφικτύοσι, Φρύνιχος ἐν Κρόνῳ (372, 9), Ἀμείψιας ἐν Κόννῳ (673, 10); cf. scholl. Vesp. 380, Eq. 1085.

schol. Av. 1556. Πείσανδρος (cf. p. 35): Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις (I 264, 31), Ἕρμιππος ἐν Ἀρτοπώλισιν (I 227, 9), Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις (412, 81); cf. scholl. Pac. 394, Lys 490.

schol. Ran. 303. Ἡγέλοχος: Πλάτων; adduntur in Ald. (Duebn. p. 520 b) καὶ Στράττις (I 729, 60) καὶ Σαννυρίων ἐν Δανάῃ (I 79, 48), cf. schol. Eurip. Orest. 269, in quo praeter Aristophanem laudantur Στράττις ἐν Ἀνθρωπορραίστῃ (I 711, 1) καὶ ἐν ἄλλοις (I 728, 60) καὶ Σαννυρίων ἐν Δανάῃ (I 794, 8)[1].

---

1) Dubito an addendum sit schol. Pac. 741 Ἡρακλῆς: Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισι, ἐν Αἰολοσίκωνι, ἐν Σφηξί; cf. scholl. Vesp. 60 (cf. Roemer Stud. 65), Ran. 63.

Scholia, in quibus bis ad comicos relegatur de κωμῳδουμένοις, sunt haec:

Nub. 109. Λεωγόρας: Πλάτων Περιάλγει (629, 106), Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ β'; cf. Vesp. v. 1269; Ath. IX p. 387 b.

Nub. 361. Πρόδικος: Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς (518, 490) καὶ ἐν Ὄρνισιν (692); schol. Av. 692.

Vesp. 82. Φιλόξενος: Εὔπολις Πόλεσιν (I 322, 235), Φρύνιχος Σατύροις; cf. Nub. v. 86, Liban. IV p. 473 F.

Vesp. 1312. Σθένελος: Aristoph. ἐν Γηρυτάδῃ (429, 151), Πλάτων Σκευαῖς (635, 128), cf. Harpocr. i. v., ubi laudatur ὁ τοὺς Πλάτωνος Λάκωνας γράψας, Ath. IX p. 367 b.

Pac. 792. Ξενοκλῆς: Πλάτων Σοφισταῖς (636, 134); una cum fratribus schol. Vesp. 1509 ἐκ τῶν Φερεκράτους Ἀγρίων (149, 14); scholl. Vesp. 1502. Ran. 86.

Av. 11. Ἐξηκεστίδης: Φρύνιχος Μονοτρόπῳ (376, 20), Aristoph. (cf. p. 38 adn. 1); schol. 764, Hesych. s. v. Ἐξήκεστος. Bergk Comm. p. 374.

Av. 1294. Λυκοῦργος: Φερεκράτης Ἀγρίοις (148, 11), Κρατῖνος Δηλιάσι (21, 30). Traduntur haec Symmachi nomine; Aristophanis versus adhibetur in Pseudoplut. vit. Lyc. p. 843 E.

Av. 1297. Συρακόσιος: Εὔπολις ἐν Πόλεσι (315, 207), Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ (377, 26); cf. Meiners p. 381 sq.

Av. 1406. Λεωτροφίδης: Θεόπομπος ἐν Καπήλισι (739, 24), Ἕρμιππος Κέρκωψιν (233, 35); eadem in Avium folio rescripto a B. Keilio Hermae XXVI p. 134 edito exstant; cf. Ath. XII p. 551 b.

Ran. 367. Ἀρχῖνος et Ἀγύρριος: Πλάτων ἐν Σκευαῖς, Σαννυρίων ἐν Δανάῃ; de Agyrrhio v. scholl. Plut. 174, 176, Eccl. 102; Plat. frg. 185 p. 652 [1]).

Magnus restat numerus scholiorum, in quibus una tantum comoedia laudatur. Sunt haec:

Ach. 122. Στράτων: Ἀριστοφάνης ἐν Ὁλκάσι (497, 407), cf. schol. Equit. 1374.

Eq. 254. Εὐκράτης: Aristoph. frg. 696 (p. 562); cf. Photius s. v. Μελιτέα κάπρον, scholl. Eq. 253, 129, Lys. 103; Suid.

---

1) Aliter se habet schol. Vesp. 61. Εὐριπίδης: Aristoph. ἐν Προαγῶνι καὶ ἐν Ἀχαρνεῦσιν; cf. schol. Nub. 919 (v. Rutherf.); Roemer Studien p. 64 sq.

i. v. Ἄπεστιν; cf. Stein l. l. p. XIX; Kirchner Pros. n. 5759; Swoboda P.W. VI 1 p. 1057 sq.

Eq. 407. ὁ Ἰουλίου: Κρατῖνος (cf. tamen C. Zacher Aristophanesstudien 1 p. 78 sq., qui legendum putat τοῦτον δὲ Κράτης (i. e. grammaticus) πυροπίπην λέγει).

Eq. 534. Κοννᾶς: Κρατῖνος (105, 317), schol. Vesp. 675 (cf. Meineke Hist. crit. p. 202).

Eq. 1287. Πολύμνηστος: Κρατῖνος (101, 305).

Nub. 351. Σίμων: Εὔπολις ἐν Πόλεσι (318, 218).

Nub. 355. Κλεισθένης: Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ (72, 195); cf. Lib. l. l.

Nub. 971. Φρῦνις: Ἀριστοφάνης (resp. hunc locum); Φερεκράτης (cod. Ἀριστοκράτης, corr. Burgesius; cf. Wilamowitz Timotheos Die Perser p. 66 adn. 1). Schol. uberius servat Suidas i. v.

Nub. 919. Πανδέλετος: Κρατῖνος Χείρωσιν.

Vesp. 98. Δῆμος: Εὔπολις ἐν Πόλεσιν (317, 213); cf. Liban. l. l.

Vesp. 157. Δρακοντίδης: Πλάτων Σοφισταῖς.

Vesp. 687. Χαιρέας: Εὔπολις ἐν Βάπταις; cf. Richter Prosop. Aristoph. III p. 14; Wilamowitz Arist. u. Athen I p. 68 adn. 40; Kirchner Prosop. n. 15091.

Pac. 1031. Στιλβίδης: Εὔπολις Πόλεσιν (316, 211).

Pac. 1046. Ἱεροκλῆς: Εὔπολις Πόλεσιν (316, 212).

Av. 17. Ἀσωπόδωρος: Τηλεκλείδης; cf. Clausen l. l. p. 35 sq.

Av. 168. Τελέας: Πλάτων Σύρφακι (642, 161), (κωμῳδεῖται δὲ εἰς πολλά); cf. schol. Av. 167; Prosop. n. 13500.

Av. 283. Καλλίας: Εὔπολις ἐν Κόλαξι. scholl. Ran. 429. Eccl. 810; schol. in Luc. Jov. Trag. 48 (p. 83, 16 R).

Av. 1126. Προξενίδης: Τηλεκλείδης ἐν Ἡσιόδοις (ὡς..... κωμῳδεῖ αὐτόν); cf. schol. Vesp. 325; v. Meineke II p. 367, 5; Kock ad Av. v.; Rutherf. ad schol.; Kirchner Prosop. n. 12257.

Av. 1292. Πέρδιξ: Aristoph. ἐν Ἀναγύρῳ (405, 53), (τούτου δὲ πολλοὶ μέμνηνται); cf. Kockii adn. ad Av. v.; Ath. IX p. 389 a.

Av. 1701. Φίλιππος: Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς.

Lys. 270. Lyconis uxor: τὴν Ῥοδίαν λέγει . . . ., ἐπ' αἰσχροῖς κωμῳδουμένην. Εὔπολις Πόλεσιν (317, 215); schol. Plat.

Apol. p. 23 E; cf. Stein l. l. p. XIX, Ruth. ad l.; de filio Autolyco v. Et. M. s. v. Εὐτρήσιος: Εὔπολις.

Lys. 397. Δημόστρατος: Εὔπολις ἐν Δήμοις (282, 97) καὶ ἄλλοι.

Thesm. 168. Φιλοκλῆς: Τηλεκλείδης Ἡσιόδοις (214, 18); scholl. Av. 279, 1295.

Ran. 362. Θωρυκίων: Φερεκράτους Πέρσαι; dubius est locus; cf. Bergk Comm. p. 294; Roemer Studien zu Arist. p. 91.

Ran. 418. Ἀρχέδημος: Εὔπολις Βάπταις (274, 71); schol. Ran. 588.

Ran. 679. Κλεοφῶν: Πλάτωνος Κλεοφῶν, scholl. Ran. 681. 1504. 1532, Thesm. 805; schol. in Eurip. Orest. 903, 4.

Ran. 1036. Παντακλῆς: Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει (338, 296).

Ran. 1513. Ἀδείμαντος: Εὔπολις ἐν Πόλεσιν (316, 210); cf. Bloemers l. l. p. 88 sq.

Eccl. 71. Ἐπικράτης: Πλάτων (633, 122).

Plut. 84. Πατροκλῆς: Aristoph. ἐν τοῖς Πελαργοῖς (503, 431).

Plut. 174. Πάμφιλος: Πλάτων Ἀμφιαράῳ (604, 14); Prosop. n. 11545.

Plut. 177. Φιλέψιος: Πλάτων; Phot. s. v.; Schol. Demosth. XXIV 134 p. 742, 16 Dind.

Plut. 550. Θρασύβουλος: Στράττις ἐν τῷ Κινησίᾳ.

ibid. Διονύσιος: Πολύζηλος (792, 11).

Plut. 665. Νεοκλείδης: Aristoph. ἐν Πελαργοῖς, eadem schol. Plut. 84; cf. Suid. Νεοκλείδου κλεπτίστερος; Apost. XI 99; schol. Eccl. 254; Schneider l. l. p. 32 sq.

Plut. 883. Εὔδαμος: Ἀμείψιας; cf. Meineke II p. 712, Rutherf. ad. l. [1]).

Iam omnia attulimus scholia, in quibus de hominibus irrisis comicorum versus exstant. Atque cavendum est, ne omnia haec scholia e κωμῳδουμένοις fluxisse censeamus; saepius enim monuimus eos, qui comicis explicandis studium impertirent, nonnumquam de suo talia composuisse consentaneum esse, id quod prae-

---

1) Dubitanter affero scholl. Nub. 96. Ἵππων: Κρατῖνος (codd. Κράτης) ἐν Πανόπταις (61, 155); cf. schol. ad Clem. Alex. Protr. II 24; Bergk Comm. p. 164 sqq. — Pac. 313. Κλέων: Πλάτων. — Av. 299. Σποργίλος: Πλάτων ἐν Σοφισταῖς (637, 135).

cipue cadit in ea scholia, in quibus de hominibus ceteroquin non obscuris fabulae notissimae laudantur. Contra non obliviscendum est scholia quam maxime dilacerata et truncata ad nos pervenisse, itaque quae nos legimus, multo uberius in κωμῳδουμένων libris et in genuina scholiorum forma exposita fuisse. Quo factum est, ut comicorum versus saepissime evanescerent, quia etiam saepe accidit, ut comicorum tabulae loco extent tantum verba τοῦτον κωμῳδοῦσι καὶ οἱ ἄλλοι κωμῳδοί vel similia.

Conferas velim, quae de Cleonymo δειλῷ, ῥιψάσπιδι, ἀδηφάγῳ, κόλακι, ἀρρύθμῳ, μακρῷ sim. afferunt scholia haec: Ach. 88. 844. Eq. 958. 1293. 1372. Nub. 676. 680. Vesp. 19. 22. 592. 822. Pac. 446. Haec omnia concludi possunt ex Aristophanis fabulis; tamen legimus schol. Nub. 673 . . . . . ὡς γυναικιζόμενον δὲ αὐτὸν οἱ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταὶ διαβάλλουσι et schol. 353 τὸν Κλεώνυμον τοῦτον ὡς δειλὸν καὶ ἐπὶ τῆς παρατάξεως ῥίψαντα τὴν ἀσπίδα οἵ τε ἄλλοι κωμῳδοὶ διαβάλλουσι καὶ ἐν τοῖς Σφηξὶν αὐτός. ὡς δειλὸς δὲ ἐν πολλοῖς κωμῳδεῖται. Longa sine dubio erat series locorum, qui laudati erant ab Ammonio de Cleonymo κωμῳδουμένῳ. Similiter res se habet in scholl. Av. 1296 (Χαιρεφῶν) . . . . . νυκτερὶς δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις (cf. scholl. Nub. 104, 504; Vesp. 1408 et schol. Plat. infra p. 43 adhibitum). — Vesp. 836 (Λάχης) ὅτι δὲ (⟨ὡς⟩ Roemer) νοσφιστὴς καὶ ὑπὸ ἄλλων κωμῳδεῖται προείρηται (cf. Roemer Studien p. 98 sq., Rutherford Hist. of Annot. p. 39) — Thesm. 98 (Ἀγάθων) τοιοῦτον (effeminatum) δὲ τὸν Ἀγάθωνα καὶ οἱ ἄλλοι κωμῳδοῦσιν (cf. schol. Ran. 83; Thesm. 31, 33; schol. in Luc. Rhet. praec 11, schol. Plat. Symp. p. 172 A.) — Ach. 855 Λυσίστρατος ἐπὶ μαλακίᾳ διεβάλλετο· ἐν ἐνίοις (sicut Duebner intellego 'apud alios comicos', cum Rutherf. dubitet, utrum de libris mss. an de commentariis haec intellegenda sint) δὲ καὶ πένης ὁ αὐτὸς καὶ κυβευτής, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ χηναλώπηξ, cf. scholl. Eq. 1268, Vesp. 787, Aristophan. Daetal. fragm. 198 (p. 439).

Nonnullis in scholiis nihil aliud legitur nisi κωμῳδοῦσι. Sunt haec: Ach. 716 Ἀλκιβιάδην τὸν Κλεινίου ὡς καταπύγονα κωμῳδοῦσιν (cf. Ath. XII 335 ab). — Vesp. 42 Θέωρος; cf. scholl. Ach. 134, Nub. 400 (v. Roemer l. l. p. 190. Rutherf. ad

schol. Ach. 134 Θεωρός. De Eq. v. 608 vide Kockii adn.). — Vesp. 151 Ἐκφαντίδης; cf. Hesych. s. v. Καπνίας (Bergk Comm. p. 66 sq.; Meineke FCG II p. 224). — Vesp. 481 Ἄρχιππος (ab Aristophane non laudatus). — Ran. 944 Κηφισοφῶν; cf. schol. 1408; Aristoph. fab. inc. 580 p. 540.

Praeterea nonnumquam exstant talia: κωμῳδούμενος, σκωπτόμενος ἐπὶ κτλ; cf. schol. Eq. 634 Σκίτων ..... ἦν γὰρ Σκίτων κναφεύς τις καὶ εὐτελὴς ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδούμενος. — Nub. 348 κομήτην: Κλεῖτον λέγει, ὃς ἦν ἐπὶ κόμῃ σκωπτόμενος. — 877 Γρύττος. — Vesp. 599 Εὐφήμιος. — Lys. 1092 Κλεισθένης (cf. schol. Av. 831. Pherecr. fr. 135 p. 185). — Plut. 1011 Νιτάριος (cf. Schneider l. l. p. 61 adn. 1., Schauenburg l. l. p. 29)[1].

Porro aliqua cum probabilitate afferri possunt ea scholia, in quibus, quae de hominibus irrisis dicuntur, ex ipso Aristophanis loco sumi non poterant. Huc spectant scholl. Ach. 603 Τεισαμενός, Φαίνιππος, Χάρης, Γέρης[2]) (cf. schol. Eccl. 932), Θεόδωρος (cf. Hesych. s. v.)[3]) — Eq. 327 Ἱππόδαμος — Eq. 1044 Ἀντιλέων — Eq. 1278 Ἀρίγνωτος — Ran. 78 Ἰοφῶν — 791 Κλειδημίδης — 1302 Μέλητος (cf. schol. Plat. infra p. 44) — Thesm. 861 Φρυνώνδας (cf. infra p. 42 sq.).

Summa cautio denique adhibenda est, quia fortasse ipso ex Aristophanis loco (v. infra) aut nescio quo fonte sumpta sunt quae scholiastae adnotant, in scholiis qualia sunt Eq. 765 Λυσικλῆς ὡς προβατοκάπηλος διεβέβλητο, cf. Hesych. s. v. προβατοπώλης. — Eq. 1103 Θουφάνης. ὡς κόλακα κωμῳδεῖ τοῦτον καὶ ἀπατεῶνα καὶ τῷ Κλέωνι συνόντα διὰ κολακείαν. — Eq. 1268 Θούμαντις, cf. Ath. XII 551 b. — Eq. 1287 Οἰώνιχος. — Eq. 1377 Φαίαξ (cf. Kirchner Prosop. n. 13921). — Vesp. 506 Μόρυχος (v. Roemer Studien p. 91); cf. schol. Ach. 887, schol. Plat. Phaedr. p. 227 b, Platon. comic. fr. 106 p. 629. — Pac. 289 Δᾶτις. — Av. 512 Λυσικράτης (cf. Clausen l. l. p. 37). — Lys. 725 Ὀρσίλοχος. — Ran. 14 Λύκις. — Thesm. 1033 Γλαυκέτης (cf. Prosop. n. 2944). — Plut. 314 Ἀρίστυλλος, cf. schol. Eccl. 647.

---

1) cf. H. Steiger Acta sem. philol. Erlang. V (1891) p. 47 sq.

2) vide Elmsley Müller W. Ribbeck ad Acharn. v.

Atque saepius monitum est ab iis, qui egerunt de scholiis Aristophaneis, scholia nonnumquam ipso ex scholiastae ingenio profecta esse, 'quippe nihil facilius erat, quam dicere: Οὗτος ἐπὶ πονηρίᾳ διεβάλλετο· οὗτος ἐπὶ συκοφαντίᾳ ἐκωμῳδεῖτο' (Elmsley ad Ach. v. 603). Itaque praetermittenda sunt scholia haec: Ach. 388 Ἱερώνυμος, cf. schol. Nub. 348 — Ach. 702 Μαρψίας — Ach. 839 Κτησίας — Ach. 843 Πρέπις — Ach. 849 Κρατῖνος — Ach. 908 Νίκαρχος — Ach. 1002 Κτησιφῶν — Pac. 883 Ἀριφράδης (cf. Eq. 1281 Vesp. 1280 sqq. Eccl. 129 c. schol.) — Av. 762 Σπίνθαρος — Eccl. 167 Ἐπίγονος — Ran. 934 Ἔρυξις — Thesm. 949 Παύσων (cf. Ach. v. 854, Plut. v. 602 cum scholl.) — Plut. 800 Δεξίνικος [1]).

Habes scholia Aristophanea, quae hic in censum veniunt. Sane nonnulla valde dilacerata et detruncata nostris in codicibus leguntur, sed in universum praebent insignem et propriam κωμῳδουμένων formam (de qua p. 13 dictum est), ut sine dubio maximam partem ad κωμῳδουμένων libros vel ut accuratius dicam ad Ammonii opus redeant [2]). Atque aliqua cum

1) Separatim hoc loco componam scholia, in quibus de populis nationibusque res est. Quae num e κωμῳδουμένων libris fluxerint nimis dubium videtur esse. Sunt haec:

scholl. Nub. 587. Ἀθηναῖοι: Εὔπολις (314, 205); cf. scholl. Ach. 342, 376, 630, Nub. 1176, Hesych. i. v. κεστρεῖς. — Vesp. 58. Μεγαρεῖς: Εὔπολις Προσπαλτίοις (323, 244); cf. schol. Ach. 738, Anonymi in Aristot. Eth. Nic. IV 6 (Comm. in Arist. XX p. 186,8 sqq.). — Pac. 477. Ἀργεῖοι: Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις (151, 19); cf. Suid. i. v. Ἀργεῖοι φῶρες. Ἀριστοφάνης Ἀναγύρῳ, Ath. X 442 d, Prov. Vatic. II 49. — Pac. 1176. Κυζικηνοί: Εὔπολις ἐν Πόλεσιν (321, 233). — Ran. 1308. Λέσβιοι: Φερεκράτης Χείρωνι (192, 149), cf. Bloemers l. l. p. 79 sq. — Nub. 830 Μήλιοι (κωμῳδοῦσιν). — Lys. 1181. Καρύστιοι (κωμῳδοῦσιν); cf. scholl. 1058. — Av. 1133. Αἰγύπτιοι, cf. scholl. Nub. 1130, Ran. 1406, Thesm. 922; Eusth. ad Od. p. 1484, 27 sqq. (laudatur Κρατῖνος). — Ran. 542. Μιλήσιοι, cf. schol. Lys. 107; Roemer Abh. d. bayr. Ak. d. Wiss. XXII 3, 1905 p. 626 pro νησιωτῶν scripsit κωμικῶν ποιητῶν.

Statim adponam Suid. i. v. Δραχαρνεῦ (scr. Δρυαχαρνεῦ, cf. Et. M. i. v. Δρυαχαρνεῦ) . . . . ἐκωμῳδοῦντο γὰρ οἱ Ἀχαρνεῖς. — Hesych. i. v. Κλαζομένιοι (κωμῳδοῦνται). — Κυνόφαλοι· Κορίνθιοι, cf. Mein. IV p. 642. — Harpocr. i. v. Αἰξωνεῖς. ἐκωμῳδοῦντο . . . . Μένανδρος ἐν Κανηφόρῳ; cf. Eusth. Il. p. 741, 25 sqq. (laudantur et Σφήττιοι σκωπτόμενοι ἐπὶ ἀγριότητι.). De aliis eiusdem generis v. p. 60, 1. 62, 3. 66, 1.

2) Observare licet scholia in Aves et Ranas adscripta, ut

probabilitate dici potest, qua via κωμῳδουμένων fragmenta in scholia pervenerint. Plurima enim ita sunt comparata, ut a comici interpretibus (primum locum Didymus tenet) ipsis e κωμῳδουμένων libris in ὑπομνήματα recepta esse videantur. Inveniuntur tamen scholia, in quibus comicorum ioci compositi sunt aliis cum testimoniis, quae ad vitam pertinent, ut scholium βίον praestet κωμῳδουμένου. Exemplo sit schol. Nub. 361: σοφιστὴς δὲ ἦν ὁ Πρόδικος, Κεῖος τὸ γένος. ἤκμασε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους Σωκράτους. πρῶτος δὲ οὗτος τὴν πεντηκοντόδραχμον ἐπίδειξιν ἐποιήσατο. μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ καὶ Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς οὕτως (518, 490). διαβάλλει δὲ αὐτὸν καὶ ἐν Ὄρνισιν (692) οὕτω κτλ., cf. et scholl. Nub. 971 (Phrynis), Pac. 347 (Phormio), Plut. 180 (Timotheus). Atque apparet talia aliena esse ab Ammonii libris (cf. p. 15); contra censendum est auctores harum vitarum praeter historicos philosophos oratores in usum vocasse κωμῳδουμένων quoque libros[1]).

Accedamus nunc, ut erat propositum, ad peculiarem scholiorum classem, ὁμωνύμους dico, qui ab iis, qui κωμῳδουμένοις studebant, diligentissime tractandi erant et tractati sunt. Quod Ammonium attinet, Thucydidis exemplo utimur (Vesp. schol. 947); Herodicum Crateteum et Antiochum Alexandrinum, κωμῳδουμένων scriptores Athenaeo teste, eidem rei operam navasse infra videbimus. Praeterea in memoriam revocemus, quod οἱ περὶ Καλλίστρατον in schol. Plut. v. 179 vituperantur ἐν τῇ ὁμωνυμίᾳ πλανηθέντες et ipse Didymus, postquam de Phrynicho comico attulit, quae comici ei vitio verterunt, pergit hisce verbis: εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς Φρύνιχοι (schol. Ran. 13), cf. schol. Plut. v. 385. Operae igitur pretium est ὁμωνύμους, qui in scholiis occurrunt, perscrutari.

Agmen ducat schol. ad Pac. v. 347, in quo multa de Phormione praetore narrantur; huc spectant haec (l. 39 sqq.): αὐτοῦ μέμνηται ὁ κωμικὸς ἐν Ἱππεῦσι καὶ Νεφέλαις[2]) καὶ Βαβυλωνίοις, Εὔπολις Ἀστρατεύτοις[3]).

---

sunt omnino ampliora, nostris quoque in tabulis optimae plerumque eruditionis dare exemplum. 1) cf. p. 45, p. 66 sqq.

2) Hac in fabula non commemoratur, sed Lys. v. 804; cf. Bergk in Mein. CGF. II p. 1105.

3) cf. praeterea in scholio l. 28 sqq. et 46 sq.; schol. Lys. v. 804.

ὁ δὲ δεύτερος ἦν κωφός· μέμνηται καὶ Στράττις.

τρίτος μοιχός· Κρατῖνος[1]) Ἀταλάντῃ.

τέταρτος Κροτωνιάτης ἀρχαῖος. Κρατῖνος Τροφωνίῳ.

πέμπτος ἀρχαῖος Ἀθηναῖος μετὰ Σόλωνα ἄρξας. Εὔπολις ἐν Δήμοις.

Habemus exemplum egregium neque quidquam obstat, quominus omnes Phormiones, qui recensentur, olim in libro περὶ κωμῳδουμένων exstitisse iudicemus[2]).

Praeterea artissime cum κωμῳδουμένων ratione coniunctum est schol. ad Av. v. 1556, in quo de Pisandro (Pros. Att. n. 11770) agitur a comicis irriso (cf. p. 27) et adduntur haec: δύο δέ εἰσι Πείσανδροι, καθάπερ Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ φησιν (I p. 309 fr. 182) καὶ Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ περὶ ἀμφοτέρων λέγει[3]). — Porro huc pertinent scholl. ad. Av. v. 858 (de Chaeride) . . . . . . ἦν δὲ ὁ Χαῖρις οὗτος κιθαρῳδὸς ψυχρὸς καὶ γέγονεν αὐλητής. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Φερεκράτης ἐν Ἀγρίοις (I p. 146 fr. 6). ἔστι δὲ καὶ ἕτερος αὐλητής, οὗ μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει. — Vesp. 787 Λυσίστρατος· σκωπτικός· καὶ ἐν Ἀχαρνεῦσι (855). ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Λυσίστρατος, παῖς Μακαρέως, σκωπτόμενος εἰς κιναιδίαν (Pros. Att. n. 9611). — Pac. v. 928 Θεαγένους ὑηνία. ἀντὶ τοῦ μωρία, ἀμαθία. διεβάλλετο γὰρ ὁ Θεαγένης εἰς μαλακίαν (v. Dindorfi adn.), καὶ ὡς ὑώδης καὶ δύσοσμος καὶ πένης . . . . . . ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Θεαγένης, ὁ εἰς Ὅμηρον γράψας, ὃς καὶ ἐπὶ μαλακίᾳ διεβάλλετο, καὶ ἄλλοι πολλοί[4]). Hos

---

1) Ἀταλάντῃ post Στράττις, cuius nomen antecedit, posuit Dindorf excidisse nomen Cratini fabulae ratus; Breitenbach l. l. p. 120 adn. 322 Καλλίας pro Κρατῖνος scribendum esse coniecit.

2) Prorsus assentior Wilamowitzio dicenti Aristot. u. Athen I p. 179: 'so wäre die . . . . Angabe des Schriftstellers περὶ κωμῳδουμένων verständlich, der aus den Demen (des Eupolis) einen Φορμίων μετὰ Σόλωνα ἄρξας notiert', cf. ibid. p. 7 adn. 9; F. Leo Die griechisch-römische Biographie nach ihrer literarischen Form p. 41.

3) Eadem fere in schol. Lys. 490, ubi erravit scholiasta; cf. Meineke Hist. crit. p. 178 adn. 2; Meiners l. l. p. 229.

4) cf. schol. Av. 822; Suid. i. vv. Ὑηνεία, Θεαγένους χρήματα, Ἑκάτειον. Fusius M. Sengebusch Diss. Hom. I p. 212 sq. de scholio egit, qui verba ὃς καὶ ἐπὶ μαλακίᾳ διεβάλλετο perperam repetita a librariis putat; cf. et E. Maass De biographis Graecis Phil. Unters. III p. 130 adn. 145; Stein l. l. p. XVIII.

ἄλλους πολλοὺς inter κωμῳδουμένους fuisse verisimile est. Conferas velim schol. ad Plut. 180 l. 48 sqq.: πολλοὶ δὲ Τιμόθεοι κωμῳδοῦνται[1]). νῦν δὲ τοῦ στρατηγοῦ μέμνηται, ὃς κτλ. — Nub. 1022 τῆς Ἀντιμάχου· Οὗτος εἰς θηλύτητα καὶ εὐμορφίαν κωμῳδεῖται (vid. Dindorfi adn.). ἔστι δὲ καὶ ἕτερος ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδούμενος. τρίτος ὁ Ψακάδος λεγόμενος[2]). τέταρτος ὁ τραπεζίτης, οὗ μέμνηται Εὔπολις ἐν Δήμοις. πέμπτος ἱστοριογράφος. τάχα δὲ ὁ αὐτός ἐστι τῷ εὐμόρφῳ[3]) — schol. Av. 750 . . . . . τέσσαρες δὲ ἐγένοντο Φρύνιχοι. ὁ μὲν εἷς, οὗ νῦν μνημονεύει, Πολυφράδμονος παῖς, ποιητὴς ἡδὺς ἐν τοῖς μέλεσιν. ὁ ἕτερος, Χοροκλέους παῖς, ὑποκριτής. τρίτος, Φρύνιχος ὁ κωμικός, οὗ μέμνηται Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα. τέταρτος δέ ἐστιν Ἀθηναῖος τὸ γένος ὁ στρατηγήσας τὰ περὶ Σάμον . . . . περὶ ὧν ἐν τοῖς Βατράχοις ἱκανῶς εἰρήκαμεν. Relegare videtur scholiasta ad Ran. v. 13[4]), quo agitur de Phrynicho comico (cf. p. 22 sq.). Atque sine dubio Didymus ibi de quattuor his Phrynichis fusius egit, quos omnes κωμῳδουμένους fuisse apparet[5]). — Ach. 214 Ὁ Φάϋλλος δρομεὺς ἄριστος ὀλυμπιονίκης . . . ., ὃν ἐκάλουν ὁδόμετρον . . . . ἐγένετο δὲ καὶ ἕτερος ἀθλητὴς ὀγδόην ὀλυμπιάδα νικήσας, καὶ τρίτος λωποδύτης, cf. Meiners l. l. 387. — Av. 1701 . . . . . . Γοργίαν δὲ νῦν λέγει τὸν ῥήτορα, οὗ Πλάτων (i. e. philosophus) μνημονεύει. ἦν δὲ καὶ ἕτερος, ἰατρός, οὗ μνημονεύει Ἀλκαῖος ἐν Ἐνδυμίωνι. De priore Gorgia hoc loco βάρβαρος vocato vide schol. Vesp. 421: οὗτος δὲ ὁ Γοργίας κωμῳδεῖται ὡς προδότης καὶ

---

1) vide Comicae dict. indicem FCG V p. 1026 i. v. Τιμόθεος.

2) cf. Ach. v. 1150 cum schol.; Coulon l. l. p. 86.

3) Quintum Antimachum fuisse κωμῳδούμενον probabile fit verbis τάχα δὲ κτλ. Schwartzio (P.W. I p. 2436), qui eundem esse eum atque tertium censet coll. Ach. v. 1150 Ἀντίμαχον τὸν Ψακάδος τὸν ξυγγραφῆ τῶν μελέων ποιητήν assentiri nequeo; videtur potius ἱστοριογράφος corruptum esse.

4) cf. Rutherford Hist. of Annot. p. 42; perperam Duebner (quem sequitur Blaydes) revocat ad v. 1299, recte fortasse Meiners l. l. p. 298 ad v. 688.

5) De primo vide scholl. ad Ran. vv. 688 et 1299; de altero scholl. Nub. 1091, Vesp. 1302; de tertio scholl. Ran. 13, Nub. 556; de quarto scholl. Lys. 313, Ran. 688 (cf. Meineke Hist. crit. p. 148).

βάρβαρος. — Lys. 679 Μίκων (pictor) . . . . ἦν δὲ Φανομάχου[1]) υἱός, Ἀθηναῖος. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Μίκων εἰς πενίαν κωμῳδούμενος. — Lys. 801 δύο Μυρωνίδαι ἦσαν, ὡς ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις (schol. Eccl. 303 nihil ad nos) δεδήλωται. ἐνθάδε τοίνυν μέμνηται τοῦ ἐν Οἰνοφύτοις νικήσαντος. — Ran. 55 Δίδυμός φησιν ὅτι δύο Μόλωνές εἰσιν, ὁ ὑποκριτὴς καὶ ὁ λωποδύτης. καὶ μᾶλλον τὸν λωποδύτην λέγει, ὅς ἐστι μικρὸς τὸ σῶμα. Τιμαχίδας δὲ τὸν ὑποκριτὴν λέγεσθαι νυνὶ Μόλωνα[2]). — Ran. 320 Διαγόρας . . . . . γέγονε δὲ καὶ ἕτερος κωμῳδούμενος ἐπὶ μεγέθει· Ἕρμιππος ἐν Μοίραις (I 235, 42).

Haec omnia ad κωμῳδουμένους redire satis probabile est. Restant nonnulla, de quibus dubitari potest aut oportet. Sunt scholia haec: Vesp. 78 δύο δέ εἰσι Σωσίαι, ὁ μὲν Πυθίδος, ὁ δὲ Παρμένωνος; cf. Richteri adn. ad Vesp. v. — Ran. 86 Ξενοκλῆς· υἱὸς Καρκίνου, ὃς κωμῳδεῖται ὡς ἄξεστος ἐν τῇ ποιήσει καὶ ἀλληγορικός (cf. schol. Pac. 792: p. 28) . . . εἰσὶ δέ, ὥς φασι, δύο Ξενοκλεῖς τραγῳδοὶ γεγονότες. τρίτος δὲ ἐστι τούτοις ὁμώνυμος, πολιτικός, Φαΰλλου[3]) μὲν πατρός, τῶν δὲ δήμων[4]) Χολαγρεύς. — Ran. 944 ὅτι ἐδόκει δοῦλος ὢν ὁ Κηφισοφῶν συμπονεῖν[5]) αὐτῷ (Euripidi), καὶ μάλιστα τὰ μέλη, ὃν καὶ συνεῖναι τῇ γυναικὶ αὐτοῦ κωμῳδοῦσιν (cf. schol. Ran. 1408). ἕτερος δέ ἐστι Κηφισοφῶν ὁ καὶ τὸ ψήφισμα εἰσενεγκὼν ὑπὲρ τοῦ εἰρχθῆναι τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως[6]).

Mittamus paucas ὁμωνύμων tabulas, in quibus ὁμώνυμοι in universum, non κωμῳδούμενοι recensentur (ut schol. Vesp. v. 947 Θουκυδίδαι, schol. Ach. 703)[7]). Talia ad ampliorem

---

1) Sic pro Φανόχου scribendum; cf. JG I 418 (Stein l. l. p. XVIII).

2) cf. Roemer Philol. 67 (1908) p. 367 sq.

3) Sic Tzetzes, codd. φαύλου; cf. Mein. Hist. crit. p. 516, 13, Zacher Fleck. Jahrb. Suppl. XVI (1888) pp. 601 et 708, J. H. F. Bloemers Observ. crit. in schol. ad Ar. Ranas diss. Traiect. 1904. p. 8, Pros. Att. II p. 157.

4) V τὸν δὲ δῆμον, quod recep. Ruth. et Bloemers.

5) συμποιεῖν Bloemers l. l. p. 64 coll. schol. Ran. 1408.

6) Praeterea huc spectare videntur scholl. Vesp. 1187 . . . ὁ δὲ Κλεισθένης ἐπὶ μαλακίᾳ γνωριμώτατος, ἕτερος δὲ γενναῖος ἢ λαμπρὸς Κλεισθένης οὐ πάνυ. — 1169 Λύκωνες (cf. Mein. FCG II p. 712; schol. Lys. 270, schol. Plat. Apol. p. 23 E).

7) cf. Wilamowitz Herm. XII p. 348 sq.; Maass l. l. p. 130 sq.

περὶ ὁμωνύμων librum revocanda esse iure censuit Maass[1]), qui tamen parum tribuit κωμῳδουμένων libris, ad quos maximam partem ὁμωνύμων, qui inveniuntur in scholiis Aristophaneis, redire supra vidimus[2]). Sane est quaedam cognatio inter κωμῳδουμένων et ὁμωνύμων libros, in hoc tamen maxime differunt, quod in ὁμωνύμων collectione, ut docet titulus operis a Demetrio Magnete confecti περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων, homines litterati, poetae, artifices porro (ἀνδριαντοποιοί, ἀγαλματοποιοί, ζωγράφοι, medici) exstabant[3]); rarissime tamen occurrunt homines plane obscuri, quos in comoedia saepissime irrisos κωμῳδουμένων auctores una cum imperatoribus, oratoribus, poetis clarissimis composuerunt.

Atque in ὁμωνύμοις huc spectantibus nonnumquam addita sunt, quae a κωμῳδ. libris primo aspectu aliena esse videntur (cf. e. c. scholl. Pac. 928 Θεαγένης ὁ εἰς Ὅμηρον γράψας, Nub. 1022 πέμπτος ἱστοριογράφος, Ach. 214 ἕτερος ἀθλητὴς ὀγδόην ὀλυμπιάδα νικήσας). Sed reputandum est summum studium κωμῳδουμένων scriptores posuisse in discernendis ὁμωνύμοις, ut necessario talia adderent[4]).

Aliud hoc loco monendum de ordine, quem secutus est Ammonius in κωμῳδουμένοις conscribendis. Ὁμωνύμων enim his tabulis optime edocemur in litteras digessisse materiem grammaticum[5]).

Antiquae comicorum interpretationis reliquiis per Aristophanis codices servatis nuper accesserunt eiusdem generis pauca frustula ex chartis Aegyptiis. Anno h. s. VIII publici iuris factae sunt duae chartae tertii p. Chr. n. saeculi[6]), quarum

---

1) Maass indicem confecit (p. 139 sqq.) ὁμωνύμων, qui inveniuntur in scholiis Aristophaneis. Cf. Leo l. l. p. 44 adn. 2. Sed schol. Av. v. 11 de Execestide omittendum est, cf. Bergk in Meinekii FCG II p. 1189 sq.; Comm. p. 373; Kock I p. 557; Graf P. W. VI 2, p. 1584. Incertum est schol. Ran. v. 83; cf. Suid. i. v. Ἀγάθων et Bernhardii adn.

2) cf. et Stein l. l. p. XIX.

3) cf. Maass p. 23 sqq.

4) Quantum haec distent a βίοις (v. p. 34), unusquisque statim videt.

5) cf. quae hac de re altera in parte disputationis exponemus p. 47 sq.

6) Chartarum ad antiquam comoediam pertinentium frag-

altera (Oxyr. Pap. VI n. 856 p. 155—161) scholia brevissima cum lemmatibus ad Aristoph. Acharn. vv. 108—180, 368—671 praebet, altera[1]) amplissimum commentarium continet ad fabulam nescio quam Aristophanis non superstitem, in quo bis legitur nomen Didymi, cuius ad ὑπόμνημα sine dubio omnia sunt referenda[2]). Atque fortasse ea, quae de Philocle poeta tragico leguntur (A II 21 sq.): σ[υ]ν[ε]χῶς αὐτὸν πικρόν [φασι· κατὰ τὴν ποί]ησιν γάρ(?)[3]) reliquiae sunt Philoclis κωμῳδουμένου (cf. scholl. Aristoph. Av. 281, Vesp. 462). — Praeterea huc pertinet scholium, quod adscriptum est ad Menandri Κόλακος fabulae fragmentum[4]): ''Ἀστυάνακτος'. τοῦ Μιλησίου [Ἀστ]υάν[ακτ]ος πολλοὶ σφόδρα [τ]ῶν κωμῳδιογρ(άφων) μέμν[ην]τ(αι). ἐγένετ(ο) γ(ὰρ) παγκρατιαστ(ής) κράτιστος κτλ.[5]).

Multo magis huius eruditionis reliquiae augeri possunt aliorum librorum ope, qui quodam modo cum ὑπομνήμασιν ad comicos scriptis cohaerent.

Ordiamur ab Hesychio, cuius tot glossas ad comicorum interpretes, imprimis ad Didymum, redire omnes consentiunt[6]). Atque ut mittamus, quae iam commemoravimus, graviora haec sunt: i. v. Κολακοφωροκλείδης. Ἱεροκλείδης[7]), ὃν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδοῦσιν Ἕρμιππος μὲν ἐν Κέρκωψι, Φρύνιχος δὲ ἐν Κωμασταῖς. ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης[8]) Κ⟨λ⟩εώνυμον εἶναι ὑπέλαβεν,

---

menta, quae reperta sunt, maximam partem sunt infimae antiquitatis, cf. Hunt Mélanges Nicole 1905 p. 211 sq.; Berliner Klassikertexte V 2 (1907) p. 99 sqq.; W. Croenert Berl. phil. Woch. 1908 p. 1391 sq.

1) ed. Do. Comparetti Papiri Graeco-Egizii II 1 (1908) n. 112. p. 9—18; cf. Croenert l. l.; J. van Leeuwen Mnemos. N. S. XXXVII (1909) p. 67 sqq.

2) cf. Comparetti p. 12; Croenert p. 1391; Leeuwen p. 67.

3) Supplevit Wilamowitz apud Croenertum l. l. p. 1391; cf. et Leeuwen l. l. p. 67.

4) Oxyr. Pap. III (1903) n. 409 p. 24.

5) De Astyanacte ἀδηφάγῳ egit (teste Athenaeo X p. 413a) Theodorus Hierapolita (FHG IV 513), qui scripsit περὶ ἀγώνων.

6) cf. M. Schmidt Quaest. Hesych. CLXV, id. Didymi Fragm. p. 27 sqq., p. 298 sqq.; Fr. Novati Studi di filologia Vol. I (1882) p. 59 sqq.; Meiners l. l. p. 230 sq.; Cohn P. W. V p. 462 sq., 778 sqq.

7) cf. O. Ribbeck Abhandl. d. sächs. Ges. d. Wiss. phil.-hist. Kl. 1884 p. 10 adn. 1.

8) De hoc Asclepiade cf. Meineke Hist. crit. p. 12; Susemihl

οὐδὲ τὸ τέλειον τοῦ ὀνόματος ἐπιστήσας; cf. i. v. Κορακοφοροκλείδης, Meineke Hist. crit. p. 14; FCG II p. 394.

i. v. Διονυσοκ[ρ]ουροπυρώνων· Κρατῖνος ἐν Σεριφίοις (I 76, 208) 'αἰσχρῶν 'Ανδροκλέων Διονυσοκουρώνων'. Ἔνιοί φασιν ἐν τῷ αὐτῷ πέντε κωμῳδεῖσθαι, Αἶσχρον, 'Ανδροκλέα, Διονύσιον, Κῦρον, Πυρῶν (sic), ἁμαρτάνοντες. οὐδεὶς γὰρ 'Αθηναίων ἀναγράφεται Κῦρος. Δεῖ οὖν γράφειν Διονυσοκουροπυρώνων. τὸν γὰρ Διόνυσον (sic) κουρέα ὄντα κωμῳδεῖ[ν]· κουρεὺς δὲ ἦν πρὸς πάππου, ὡς δηλοῖ ὁ τὰς 'Αταλάντας συνθείς (Strattidis). De hac glossa valde corrupta cf. Th. Bergk in Schilleri Andoc. p. 118 sqq.; Meineke FCG II p. 133; Kock I p. 76 sq. De Androcle v. schol. Vesp. 1187, de Dionysio Plut. 550.

i. v. ἀγερσικύβηλις· Κρατῖνος ἐν Δραπέτισιν ἐπὶ Λάμπωνος. τὸν αὐτὸν ἀγύρτην καὶ κυβηλιστὴν εἶπεν, οἱονεὶ θύτην καὶ μάντιν. Κύβηλιν γὰρ ἔλεγον τὸν πέλεκυν . . . . . ὅθεν καὶ Λύσιππος ἐν Βάκχαις τὸν αὐτὸν ⟨ὡς⟩ ἀγύρτην κωμῳδεῖ. De hoc loco v. Bergk Comm. p. 46 et cf. Athen. VIII p. 344e, infra p. 59.

Reliqua, quae ad κωμῳδουμένων libros redire possint, breviter commemoremus.

J. v. βοῶπις de Aspasia agitur, cf. Meineke II p. 571 adn.; Schmidt ad l. Hes., laudatur Εὔπολις.

Γαληψός de Cleone: Εὔπολις; cf. Meineke II 571.

Δαμασικόνδυλον· Δαμασίστρατος: Εὔπολις.

ἐπὶ Φαληνίου· 'Αλκιβιάδης: 'Αριστοφάνης (cod. 'Αρίσταρχος, quod servat Kock, corr. Pearson, cf. Bergk apud Mein. FCG II p. 1166).

Σκυθικός· Ἱππόνικος: Κρατῖνος.

Χορίλα ἐκφαντίδες· 'Εκφαντίδης: Κρατῖνος; cf. i. v. ἐκκεχοιριλωμένη et v. Kaibel P. W. III p. 2361, V p. 2215.

Δαισιανός· δρομεύς ἐστιν ἐπὶ βραδυτῆτι καὶ πενίᾳ κωμῳδούμενος; de nomine cf. Meineke IV p. 632.

ἐπὶ Χαριξένης· . . . . . . ἐπὶ μωρίᾳ ἡ Χαριξένη διεβεβόητο ἀρχαία οὖσα; cf. Et. M. p. 367, 21 sqq. 'Επὶ Χαριξένης· αὐλητρὶς ἡ Χαριξένη ἀρχαία καὶ ποιήτρια κρουμάτων. οἱ δὲ μελοποιόν. Θεόπομπος Σειρῆσι, Κρατῖνος 'Οδυσσεῦσιν (I 59, 146),

---

l. l. II p. 19 adn. 98; Wentzel P. W. II p. 1631; Br. Alb. Mueller De Asclepiade Myrleano diss. Lips. 1903 p. 47 sq.

Ἀριστοφάνης κτλ., cf. Eccl. v. 942 sq. cum scholio; App. Prov. II 82.

Κορυδεύς· .... ἐκωμῳδεῖτο ἐπὶ δυσμορφίᾳ ..... cf. Zenob. IV 59.

Nimis mutilata sunt haec:

Βυρσόκαππον· τὸν Κλέωνα; cf. Meineke IV p. 632.

Λασίσματα· Λᾶσος; cf. Mein. IV p. 614.

Haec ex Hesychii lexico proferri possunt; accedamus nunc ad scholia Lucianea, quibus iam usi sumus disputantes (p. 10) de schol. Avium 1297, quod est de Midia. Atque Hugo Rabe, qui primus accurate edidit scholia ad Lucianum adscripta (Lips. 1906), ipse[1]) inchoavit quaestionem de fontibus, quam accuratius tractaverunt nuper Carolus Helm[2]) et Ricardus Winter[3]). Sed non curamus, quando scholia Luciani verbis adposita sint; ea enim, quae huc pertinent, neque saeculo V aut VI composita esse neque a Byzantinis illis Basilio Aretha Alexandro originem ducere (cf. Winter p. 4 sqq) omnes mecum consentient. Atque primum afferamus scholia, quae 'illustrium virorum Atheniensium vitas' praebent; horum scholiorum 'indoles a ceteris longe aliena est' (sunt verba Winteri p. 54) atque 'verisimile est haec omnia e communi fonte manasse'. Spectant huc scholl.

ad Jov. Trag. 48 (p. 83, 16 sqq.) Καλλίας· ὁ μὲν Καλλίας οὗτος, ὥς Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις φησίν, Ἱππονίκου υἱὸς ἦν, τὸν δῆμον Μελιτεύς, ὥς Ἀριστοφάνης Ὥραις, πλούσιος καὶ πασχητιῶν καὶ ὑπὸ πορνιδίων διαφορούμενος καὶ κόλακας τρέφων. εἰς δὲ στιγματίαν αὐτὸν Κρατῖνος κωμῳδεῖ ὡς ἕνα τῶν κατάχρεων ..... κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν Κρατῖνος καὶ ὡς Φώκου γυναῖκα μοιχεύσαντα καὶ τρία τάλαντα δόντα εἰς τὸ μὴ κριθῆναι; cf. schol. Aristoph. Ran. 429 et Av. 283. Sequitur illud de Midia scholium, de quo supra (p. 10) dictum est.

ad Tim. 30 (p. 114, 21 sqq.) Ὑπέρβολος: Πολύζηλος ἐν Δημοτυνδάρεῳ, Πλάτων ἐν Ὑπερβόλῳ, Κρατῖνος ἐν Ὥραις, Ἀριστοφάνης Σφηξί, Εὔπολις Πόλεσι; cf. schol. Ar. Vesp. 1007, quod frustula servat eiusdem βίου (v. p. 26).

---

1) Nachr. der Gesellsch. der Wiss. zu Göttingen 1902 p. 718 sqq.; 1903 p. 643 sqq.

2) De Luciani scholiorum fontibus diss. Marpurg. 1908.

3) De Luciani scholiis quaestiones selectae diss. Lips. 1908.

ibid. (p. 115, 13 sqq.) Κλέων: Κρατῖνος Σεριφίοις, Ἀριστοφάνης Σφηξίν; cf. schol. Arist. Pac. 665.

Comicorum hi loci[1]), quin olim exstiterint in κωμῳδουμένων libris, in universum mihi dubium non est; monet hoc de Midia adnotatio (ad Jov. trag. 48) ab Ammonio composita teste schol. Av. 1297; accedunt alia scholia ad Aristophanis fabulas adscripta, quae optime congruunt cum iis, quae supra attulimus[2]). Itaque si quaerimus, quomodo haec e κωμῳδουμένων libris in scholia Lucianea pervenerint, offeruntur comicorum, praesertim Aristophanis, scholia[3]).

Ducimur hoc loco ad alteram scholiorum Luc. classem huc pertinentem, ad Phrynondam dico aliosque homines ἐπὶ πονηρίᾳ διαβοήτους, de quibus Winter p. 28 sqq. fusius disputat. Initium faciamus a schol. in Luc. Alex. 4 (p. 181, 12 sqq.): ὡσαύτως καὶ ὁ Φρυνώνδας ἐπὶ πονηρίᾳ ⟨δια⟩βοᾶται[4]) Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, Δήμοις, Ἀριστοφάνει ἐν Προάγωνι, Ἀμφιαράῳ, Θεσμοφοριαζούσαις, quod scholium aliquo modo cohaeret cum Suetonii Tranquilli libro περὶ βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη[5]). Suetonius enim in capite εἰς πονηρούς inscripto praeter Eurybatum Cercopes alios enumerat: Φρυνώνδας· ἐπὶ πανουργίᾳ καὶ κακοηθείᾳ περιβόητος, quae sequuntur haec: Κιλλίκων· καὶ ὁ Ἀχαιός, προδότης καὶ δόλιος. De Cillicone autem egit Ammonius in κωμῳδουμένοις teste scholio ad Aristoph. Pac. 363, atque cum Luciani scholium prorsus κωμῳδουμένων speciem prae se ferat, dubium non est, quin redeat ad libros

---

1) Minoris momenti est schol. ad Iov. conf. 16 (p. 57, 1 sqq.) Ἀλκιβιάδης: Ἀριστοφάνης Σφηξί (v. 44); cf. schol. ad v. Aristophanis. — Schol ad. Rhet. praec. 11 (p. 178, 17 sqq.) de Agathone sumptum est ex commentario ad Plat. Conv. p. 172 A, v. infra p. 44.

2) Haec omnia afferre supersedeo propter Winteri operam (p. 54 sqq.), qui iuxta posuit et Luciani et Aristophanis scholia, quae huc pertinent.

3) Idem censuit Winter p. 56 sqq.; cf. Sauppe Act. soc. Graec. II p. 433 (Kock I p. 60); praeterea Jakobitz Schol. Luc. t. IV p. 46 adn. 41. — Schol. ad Rhet. praec. 11 ex Plat. scholiis fluxisse supra monuimus.

4) Sic legendum putat A. Brinkmann.

5) ed. Miller Mélanges de Littérature Grecque 1868 p. 413—26, cf. A. Fresenius De λέξεων Aristophanearum et Sueton. excerptis Byzantinis 1875 p. 72 sqq. 129 sqq.

περὶ κωμῳδουμένων. Et Suetonii caput[1]) et quae aliis locis de Phrynonda traduntur[2]), magnam partem indidem originem duxerunt. — Una cum Phrynonda Lucianus in numero τῶν ἐπὶ κακίᾳ διαβοήτων nominat Κέρκωπας Εὐρύβατον Ἀριστόδημον Σώστρατον; scholia, quae adscripta sunt de his hominibus, non secus ac de Phrynonda adnotatio ad κωμῳδουμένους aliqua ex parte pertinent. Velut de Κέρκωψι laudat scholiasta Κρατῖνον Ἀρχιλόχοις (cf. Harp. i. v.), de Eurybato Ἀριστοφάνην (fr. Daedali fr. 184, p. 435)[3]), de Aristodemo Κρατῖνον Πανόπταις (60, 151), Ἀριστοφάνην Δαιταλεῦσιν (cf. Hesych. i. v.). De Sostrato haec tantum dicuntur: τούτοις ὅμοιος καὶ ὁ Σώστρατος.

Denique nonnulla e scholiis Platonicis hoc loco afferenda sunt. De Chaerephonte legimus in scholio ad Apolog. 20 A (p. 228 Herm.): Χαιρεφῶν οὗτος ὁ Σωκρατικὸς ἰσχνὸς ἦν καὶ ὠχρός, τὸ δὲ ἦθος συκοφάντης καὶ κόλαξ, πρὸς δὲ καὶ κλέπτης καὶ αὐχμηρός, τὴν δὲ περιουσίαν πένης. Εὔπολις μὲν οὖν ἐν Πόλεσι διὰ τὴν χροιὰν πύξινον αὐτὸν καλεῖ, Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὄρνισι νυκτερίδα, ἐν δὲ Τελμισσεῦσιν εἰς συκοφάντην ἀποσκώπτει. Κρατῖνος Πυτίνῃ εἰς αὐχμηρὸν καὶ πένητα, Εὔπολις δ' ἐν Κόλαξιν Καλλίου κόλακα λέγει, Ἀριστοφάνης δ' ἐν Δράμασι κλέπτην· ἐν δ' Ὥραις νυκτὸς αὐτὸν παῖδα καλεῖ. Haec quin ad κωμῳδουμένους spectent, nemini dubium esse potest; reliquiae paucae exstant in scholiis Aristophaneis, e quibus schol. Platon. fluxisse probabile fit scholio Nub. 504 (cf. schol. Nub. 144) ἐπεὶ ἰσχνὸς καὶ ὠχρὸς τὴν ἰδέαν ὁ Χαιρεφῶν . . . ., praesertim cum in schol. Platon. non laudentur Aristoph. Nubes. — Praeter Chaerephontem in scholiis ad Apologiam inveniuntur κωμῳδούμενοι[4]) hi:

---

1) De Suetonio cf. p. 66.

2) cf. schol. Aeschin. III 137, Harpoc. i. v. Φρυνώνδας, Bekkeri grammat. p 314, 26; schol. Aristoph. Thesm. 861, Suid. i. v. Φρυνώνδας (laudatur Ἀριστοφάνη; Ἀμφιαράῳ (I 398, 26), idem versus exstat in schol. ad Aeschin. III 137), Hesych. i. v. Φρυνώνδας. Rivulos non curamus.

3) Praeter Suetonium cf. Suidas i. v.; schol. Aeschin. III 137; comm. ad Hermogenis Περὶ μεθόδου δεινότητος ed. a Rabeo Rh. Mus. 63 (1908) p. 140 et adn. 2.

4) cf. Wilamowitz Aristot. u. Athen I p. 263 adn. 7.

p. 18 B. Ἄνυτος: Θεόπομπος Στρατιώτισιν, Ἄρχιππος Ἰχθύσι. Anytus in Aristophanis fabulis nobis servatis non commemoratur.

ibid. Μέλητος: Ἀριστοφάνης Βατράχοις (v. 1302; v. adn. Kockii), Πελαργοῖς, ἐν Γεωργοῖς; cf. schol. Aristoph. Ran. 1302 (p. 32).

p. 19 C. Ἀριστοφάνης comicus: αὐτὸς Εἰρήνῃ, Κρατῖνος (102, 307), αὐτὸς Σκηνὰς καταλαμβανούσαις (513, 471), Ἀριστώνυμος ἐν Ἡλίῳ ῥιγοῦντι, Σαννυρίων ἐν Γέλωτι, Εὔπολις Αὐτολύκῳ, Πλάτων Νίκαις; cf. Vita Aristophanis p. XXVII 12 sqq. Duebner = p. XXVIII 10 sq., v. Leeuwen Proll. p. 170 διὸ καὶ ἔσκωπτον αὐτὸν Ἀριστώνυμός τε καὶ Ἀμείψιας.

p. 23 E. Λύκων: Κρατῖνος Πυτίνῃ, Ἀριστοφάνης Σφηξίν, Εὔπολις ἐν Φίλοις, ἐν πρώτῳ Αὐτολύκῳ, Μεταγένης Ὁμήρῳ (707, 10); cf. scholl. Arist. Vesp. 1169, Lys. 270.

ad Conv. p. 172 A. (p. 255 Herm.) Ἀγάθων τραγῳδίας ποιητὴς εἰς μαλακίαν σκωπτόμενος Ἀριστοφάνει τῷ Γηρυτάδῃ. Haec descripsit schol. Luc. ad Rhet. praec. 11 (v. supra p. 42 adn. 1).

ad Menex. p. 235 E. (p. 329 Herm.) (locus valde corruptus est, emend. Meineke et Bergk) Ἀσπασία: Καλλίας Πεδήταις, Κρατῖνος (bis) Χείρωσιν, Εὔπολις Φίλοις, ἐν Προσπαλτίοις, Εὔπολις Δήμοις (cf. Plut. Pericl. 24, infra p. 71 sq.; Harpocr. i. v.).

ad Phaedr. 227 B. (p. 262 sq. Herm.): Μόρυχος: ὃν καὶ ἡ κωμῳδία ὡς γαστρίμαργον διαβάλλει; cf. scholl. Aristoph. supra p. 32.

Atque quaerentibus, quomodo κωμῳδουμένων haec fragmenta perlata sint in scholia Platonica, considerandum est omnia haec scholia aeque atque Lucianea illa eandem indolem prae se ferre quam scholia Aristophanea, quibus de hominibus irrisis agitur. Iure igitur opinor L. Cohn, qui primus viam praemunivit de scholiorum Platonicorum fontibus [1]), et H. Sauppe [2]) eas ad comicorum ὑπομνήματα rettulerunt. Scholium autem

---

1) Fleck. Jahrb. Suppl. XIII (1884) p. 773—862; de dissertatione Th. Mettaueri (De Platonis scholiorum fontibus Tur. 1880) cf. Cohn Phil. Anz. XIII (1883) p. 709 sqq.; H. Sauppe GGA 1881 p. 1628 sqq.

2) Cohn Phil. Anz. XIII 711, Sauppe l. l.

Apol. 19 C, quod est de Aristophane, sine dubio redit ad vitam fabulis poetae praemissam, sicut misella saltem frustula egregiae eruditionis, quam exhibet hoc scholium, etiam in vitis cod. Veneti servata sunt. Iterum autem moneamus scholia ut Lucianea ita Platonica huc spectantia praebere optima βίων exempla, qua de re supra p. 34 diximus.

II.

Satis dictum est de scholiis, deinceps, ut erat propositum, dicatur de Athenaeo. Atque primum in disputationem vocemus librum tertium decimum, in quo inde a cap. XXI exponitur περὶ ἑταιρῶν; hac in disputatione seiuncta est particula quaedam (p. 585 f—587 f), qua multis testimoniis ex oratoribus poetis aliis scriptoribus petitis de meretricibus, ut scriptor ipse indicat, ab oratoribus Atticis memoratis agitur. In iis quae sequuntur dipnosophista praebet catalogum philosophorum imperatorum aliorum hominum clarissimorum, quibus cum meretricibus res erat. Ea autem quae hic de meritricibus ab oratoribus Atticis amatis narrantur pp. 588 c, 590 de, 591 c—f, 592 c—f, arte coniungenda esse cum iis quae antea p. 585 f—587 f de metricibus ab illis commemoratis dicuntur, inde efficitur, quod altera parte altera suppletur et quod in utraque leguntur, quae mirum in modum consentiunt cum Harpocrationis lexico rhetorico, ut docet tabula haec:

Ath.	p. 585 f—586 a	Harp. i. v. Σινώπη
	p. 586 a	i. v. Φανοστράτη
	p. 586 ab	i. v. ἀφύας
	p. 586 b—d	i. v. Γλυκέρα
	p. 586 e	i. v. Ἄνθεια
	p. 586 f	i. v. Ἀντίκυρα
	p. 587 ab	i. v. Νάννιον
	p. 587 c	i. v. Νεμεὰς χαράδρα
	p. 592 c—e	i. v. Ναΐς et Λαγίσκα.

Haec omnia ex Athenaeo Harpocrationem sumpsisse post Boyseni dissertationem[1]) nemo contendet. Sed et Athenaeus et Harpocratio sua debent auctori nescio cui, qui maxime eos, qui περὶ ἑταιρῶν scripserunt, in usum suum verterat[2]). Atque apud Athenaeum hac in parte bis Herodici Cratetei κωμῳδουμένων libri commemorantur; legimus enim p. 585f. 586a: Δημοσθένης μὲν γὰρ ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος (XXII, 56) Σινώπης μέμνηται καὶ Φανοστράτης· καὶ περὶ μὲν τῆς Σινώπης Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος ἐν ς′ κωμῳδουμένων φησὶν ὅτι Ἄβυδος ἐλέγετο διὰ τὸ γραῦς εἶναι· μνημονεύει δ' αὐτῆς Ἀντιφάνης ἐν Ἀρκάδι καὶ ἐν Κηπουρῷ, ἐν Ἀκεστρίᾳ, ἐν Ἁλιευομένῃ, ἐν Νεοττίδι, καὶ Ἄλεξις ἐν Κλεοβουλίνῃ[3]), καὶ Καλλικράτης ἐν Μοσχίωνι, quibuscum conferas Harp. i. v. Σινώπη· Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Ἡρόδικος ἐν γ' κωμῳδουμένων[4]) φησὶν ὅτι Σινώπη ἡ ἑταίρα Ἄβυδος ἐλέγετο διὰ τὸ γραῦς εἶναι. Duas praebent offensiones Harpocrationis verba, alteram quod Κτησιφῶντος ex glossa antecedente pro Ἀνδροτίωνος scriptum est (i. v. Φανοστράτη recte Δη. κατ' Ἀνδροτίωνος), alteram, quod exhibetur ἐν γ' κωμῳδουμένων. Hoc quoque loco, quin Harpocrationis librarii peccaverint, non est dubium; utique praeferendus est Athenaeus, atque summo iure novissimus Harpocrationis editor Guil. Dindorf scripsit Ἡρ. ἐν ς′ κωμ. Egit igitur Herodicus Crateteus sexto in libro κωμῳδουμένων de Sinopa meretrice, quae Ἄβυδος nominabatur διὰ τὸ γραῦς εἶναι, cuius rei documento comicorum apposuit locos, quos Athenaeus servavit[5]);

---

1) C. Boysen De Harpocrationis lexici fontibus diss. Kil. 1876 p. 4 sq.; cf. M. H. E. Meier Opusc. ac. II p. 151 adn. 324; Fielitz l. l. p. 46; Diels-Schubart Berl. Klass. Texte I 1904 p. LI.

2) cf. Fr. Jacobs Vermischte Schriften IV p. 315 sq.; Schwartz P. W. I p. 2863.

3) Photius i. v. Σινωπῆσαι· τοῦτο πεποίηται παρὰ τὴν ἑταίραν Σινώπην· ἐκωμῳδεῖτο γὰρ ἐπὶ τῷ κατασχημονῆσαι, καθάπερ Ἄλεξις ἔφη. cf. Suid. i. v. Σινώπη; Hesych. i. v. σινωπίσαι; Apostol. 15, 50; App. Prov. 4, 72.

4) περὶ τῶν (τῶν om. B) κωμῳδουμένων BCG (Dind.).

5) Ipsum Athenaeum hanc tabulam non composuisse vel inde efficitur, quod dipnosophista duo comicorum fragmenta Sinopae nomine ornata (XIII p. 558 a sqq.; p. 567 f) affert, quae hic non recensentur. Antiphanis Ἁλιευομένης versus leguntur VIII p. 338 e sqq.

enumerantur quinque fabulae Antiphanis, praeterea Alexidis Κλεοβουλίνη et Callicratis Μοσχίων, exempla sane rarae eruditionis, praesertim cum Callicratis comici hoc uno loco mentio fiat. Atque apparet Herodicum simili modo atque Ammonium comicorum versus composuisse, qui ad singulos κωμῳδουμένους spectant.

Accedamus ad alterum Herodici fragmentum, quod in disputatione de Phryna meretrice[1]) habita (p. 590 d—591 f) legitur (p. 591 c d): Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τῷ περὶ Ἑταιρῶν δύο ἀναγράφει Φρύνας γεγονέναι (γεγ. del. K.), ὧν τὴν μὲν ἐπικαλεῖσθαι Κλαυσιγέλωτα, τὴν δὲ Σαπέρδιον· Ἡρόδικος δὲ ἐν ἕκτῳ κωμῳδουμένων τὴν μὲν παρὰ τοῖς ῥήτορσί φησιν ὀνομαζομένην Σηστὸν καλεῖσθαι διὰ τὸ ἀποσήθειν καὶ ἀποδύειν τοὺς συνόντας αὐτῇ, τὴν δὲ Θεσπικήν· ἐπλούτει δὲ σφόδρα ἡ Φρύνη (— καὶ ὑπισχνεῖτο τειχιεῖν τὰς Θήβας ...., ὡς ἱστορεῖ Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἑταιρῶν —). εἴρηκεν δὲ περὶ τοῦ πλούτου αὐτῆς Τιμοκλῆς ὁ κωμικὸς ἐν Νεαίρᾳ — πρόκειται τὸ μαρτύριον (p. 567 d e) — καὶ Ἄμφις ἐν Κουρίδι (II 243, 24 K), cf. Ath. p. 567 f. Comicorum hi loci (fortasse addi potest Ποσείδιππος ἐν Ἐφεσίᾳ (III 339, 12 K, p. 591 e f), quin redeant ad Herodicum nemo dubitabit[2]). Atque sumpsit Athenaeus Apollodori et Callistrati una cum Herodici excerptis eodem e fonte, e quo manaverunt, quae de Sinopa afferuntur; cf. p. 46. Hoc demonstratur illis τὴν παρὰ τοῖς ῥήτορσιν ὀνομαζομένην, quae optime quadrant ad tractatum de meretricibus ab oratoribus commemoratis; praeterea Apollodori περὶ ἑταιρῶν liber bis apud utrumque laudatur ea in parte, quam supra tractavimus.

Itaque sexto in libro κωμῳδουμένων Herodicus recensuit Phrynen et Sinopen meretrices, quas cum Σηστόν et Ἄβυδον appellatas esse tradat, sine dubio una composuit. Nonne igitur probabile est sextum librum omnino ad meretrices spectasse, cum Ammonius in universum totam materiem κατὰ στοιχεῖον digesserit, quippe qui antiquae comoediae studium impertiret, in qua tot homines et clarissimi et obscuri cavillantur, ut in singulos

---

1) Hac de meretrice egit uberius Jacobs l. l. pp. 436—68.

2) Nam Callistrati testimonium mediis Herodiceis importune inculcatum esse attente legenti patet.

ordines (velut meretrices poetas) κωμῳδουμένων scriptor opus ordinare non potuerit? Contra in media et nova comoedia capita talia facillime discerni potuisse non est quod moneam. Accedit quod Athenaeo teste Antiochus Alexandrinus, de quo postea dicetur, scripsit περὶ τῶν . . . . . κωμῳδουμένων ποιητῶν· Ergo aliqua cum probabilitate statuere licet Herodici sextum librum continuisse meretrices. Alio libro fortasse poetas tractatos esse monet Antiochi opus supra laudatum. Quot tamen libros scripserit Herodicus, divinari non potest.

Duobus his locis Athenaeus disertis verbis Herodici κωμῳδουμένων libros laudat, quorum notitiam auctori cuidam debet, qui περὶ τῶν παρὰ τοῖς ῥήτορσιν ὀνομαζομένων ἑταιρῶν scripserit; quaeramus nunc de aetate grammatici. Dicitur Herodicus Ath. p. 586 ὁ Κρατήτειος, quem eundem esse atque Herodicum Babylonium, cuius acerbissimum contra Aristarcheos epigramma in fine quinti libri (p. 222a) dipnosophista tradit, nemo negabit. Atque usurpatur hoc epigramma in altero Vergilianorum carminum[1]), quae catalepton vocantur, c. annum XXXXIV ante Chr. n. composito. Porro Didymum Herodico usum esse effici potest ex schol. in Aristoph. Ran. v. 1028[2]). Accedit quod κωμῳδουμένων studia maxime post Aristarchum effloruisse scimus, quod optime quadrat in Cratetis discipulum. Itaque iamdudum homines docti[3]) Cratetem magistrum duxerunt

1) cf. Fr. Buecheler Rh. Mus. XXXVIII (1883) p. 509.

2) cf. M. Schmidt Did. fragm. p. 250, 17; Schoenemann Rh. M. XXXXII (1887) p. 468 adn. 6; Roemer Philol. 67 p. 395. Hoc in scholio notissimo (v. Susemihl Al. Lit. II p. 26 adn. 129; Berndt l. l. p. 46. 65 sqq.; Rutherford Hist. of Annot. p. 70; V. Coulon l. l. p. 205; Roemer Philol. LXVII (1908) p. 393 sqq.) de Herodico leguntur haec: 'Ηρόδικος δέ φησι διττὰς γεγονέναι τὰς καθέσεις (Aeschyli Persarum) καὶ τὴν τραγῳδίαν ταύτην περιέχειν τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην, quibuscum fortasse coniungenda sunt Didymea haec: (l. 11 sq.) καὶ τὴν μίαν μὴ φέρεσθαι. Haec ad κωμῳδουμένους spectare (quod putaverunt Wegener l. l. p. 156; Graefenhan Gesch. d. kl. Philol. im Altert. II p. 54; Schoenemann l. l. p. 469; Susemihl l. l. p. 27 adn. 134) non est cur censeamus. Contra probabiliter Rutherford l. l. p. 433 adn. 15: 'perhaps his Σύμμικτα ὑπομνήματα is the source of the reference at R. 1028'; cf. p. 57 sqq.

3) cf. Jacobs l. l. p. 394; Vossius De hist. Graec. Lugd. (1624) p. 109; Wegener l. l. p. 165; A. Graefenhan l. l. p. 418 sq.

Herodici, quod uberrime demonstravit Max. Mueller[1]), qui fines statuit annos 150 et 86 ante Chr. n. Erat igitur Herodicus Cratetis discipulus, aequalis Ammonii, atque suspicari licet ἀγώνισμα quoddam etiam de κωμῳδουμένοις exstitisse inter Aristarcheos et Crateteos.

Sed videamus de tertio κωμῳδουμένων scriptore. Athenaeus enim, qui undecimo libro praebet vasorum catalogum, inde a p. 481 d usque ad p. 482 e de κυμβίῳ egit. Et legimus p. 482 b sqq: ὅταν δ' Ἔφιππος ἐν Ἐφήβοις λέγῃ (II 255, 9)

οὐ κύλικας ἐπὶ δεῖπνα Χαιρήμων φέρει,
οὐ κυμβίοισι πεπολέμηκ' Εὐριπίδης,

οὐ τὸν τραγικὸν λέγει ποιητήν, ἀλλά τινα ὁμώνυμον αὐτῷ, ἤτοι φίλοινόν τινα ἢ αἰτίαν ἔχοντα οὐ χρηστήν, ὥς φησιν Ἀντίοχος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν· τὸ γὰρ ἐπάγεσθαι κατὰ τὰς ἑστιάσεις κυμβίᾳ καὶ δοκεῖν τούτοις διαμάχεσθαι εἰς ἑκάτερα τείνει· μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Ἀναξανδρίδης ἐν Νηρηίσιν (II 146, 32) καὶ Ἔφιππος ἐν Ὁμοίοις ἢ Ὀβελιαφόροις (II 259, 16) Tria haec comicorum fragmenta, in quibus componitur Euripides quidam cum κυμβίῳ, optime quadrant ad locum, neque est cur dubitemus, quin Athenaeus ea ex lexicographo nescio quo, cui totum librum debet dipnosophista (cf. p. 54), hauserit. Erravit G. Fielitz[2]), cui aptus ad propositum minime erat titulus, atque Kaibelio[3]) assentior, qui Antiochum Hadriani aetate floruisse probabile non esse censuit. Sane inde, quod Alexandrinus dicitur grammaticus, nihil concludi potest.

Summi porro momenti est, quod Athenaeus accurate servat titulum περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων ποιητῶν. In exiguum hercle angustumque conclusit Antiochus studia. Sed non unius hominis erat totius comoediae vastam materiem pertractare[4]), quare casu fortasse factum non est, ut Ammonii quattuor fragmenta, quae habemus, antiquam ad comoediam

---

1) De Seleuco Homerico diss. Gotting. 1891 p. 10 sq.

2) De Atticorum comoedia bipartita diss. Bonn. 1866 p. 22 sq.

3) Herm. XXIIII (1889) p. 57; cf. Susemihl l. l. II p. 194 (I p. 426 adn. 88).

4) Optime hoc exposuit G. W. Baker Harv. Stud. XV p. 230 sqq.

pertineant; itaque Ammonium antiquae tantum comoediae operam navasse probabile esse mihi videtur. Contra conieceris Herodici studia fere media et nova comoedia se continuisse.

Deinde περὶ ποιητῶν secundum Athenaei testimonium scripsit Antiochus, quod supra iam monuimus. Atque ab Athenaeo inscriptionem capitis, non totius libri laudari non est cur suspicemur. Verisimile igitur est Antiochum accurate retractasse singulari libro poetas media in comoedia saepissime irrisos.

Aliud monendum de titulo; hoc enim loco legimus περὶ τῶν .... κωμῳδουμένων; de Herodico apud Athenaeum utroque loco exstat ἐν ϛ´ κωμῳδουμένων, in Vesp. schol. 1239 Ἀμμώνιος ἐν τοῖς κωμῳδουμένοις. Atque quaeritur, utrum in titulo Herodici et Ammonii librorum nominativus κωμῳδούμενα intellegatur an potius κωμῳδούμενοι. Sed cum in fragmentis omnibus, quae habemus, res sit de personis irrisis, nusquam alia de re, ad κωμῳδουμένους ducimur; accedit Antiochi liber περὶ — ποιητῶν, ut summo iure statuendus sit nominativus κωμῳδούμενοι. Atque mirandum est, quod homines docti[1]) maximam partem praetulerunt κωμῳδούμενα commoti Asclepiadis Tragilensis opere τραγῳδούμενα inscripto[2]); atque censebant Herodicum de comoediarum argumentis et omnino de rebus, quae ad comoediam spectant, egisse. Verum tamen suspicati sunt nonnulli[3]), donec C. Schmidt rem ad liquidum perduxit (l. l. p. IV adn. 2).

Ducimur hoc loco ad Nicanorem, qui Hadriani temporibus floruit[4]). Huius grammatici scriptorum in tabula, quam Suidas ex Hesychii Onomatologo servat, enumerantur κωμῳ-

---

1) Velut Meineke Hist. crit. p. 13; Graefenhan l. l. II p. 54; Dindorf in adn. ad schol. Vesp. 1239; Wilamowitz Phil. Unters. I p. 155 adn. 72; Schoenemann Rh. Mus. 42 p. 470.

2) de quo Wilamowitz Analecta Euripidea p. 181 adn. 3; Wentzel P. W. II p. 1628.

3) J. Jonsius de script. histor. philosoph. II 13, 6 (p. 217); Schweighaeuser ind. auct. Athenaei i. v. Herodicus Crateteus; Jacobs l. l. p. 394; O. Gerhard l. l. p. 17 sq.

4) cf. Suid. i. v.; Rohde Rh. Mus. XXXIII (1878) p. 168, 36. In universum de Nicanore v. W. Dittenberger Apophoreton Halense p. 10.

δουμενα, qui liber vulgo[1]) componitur cum Herodici et aliorum κωμῳδουμένοις. Contra licet opinari Nicanorem de 'argumentis comoediarum' (sic Schweighaeuser l. l.) in similitudinem Asclepiadis τραγῳδουμένων egisse.

Sed redeamus ad dipnosophistam, cuius in opere tria invenimus κωμῳδουμένων fragmenta ipso operis titulo et auctoris nomine ornata. Sed ut in scholiis Aristophaneis, ita in Athenaeo quoque alia, quae huc spectent, exstare per se probabile est. Haec antequam colligamus, e re esse videtur de fontibus Athenaei, praecipue de comicorum tot fragmentis pro viribus disputare, quam quaestionem difficillimam pauci adhuc tractaverunt, solvit nemo. Atque initium capiamus a loco illo conclamatissimo (VIII p. 336 d e): Ἄλεξις δ' ἐν Ἀσωτοδιδασκάλῳ, φησὶ Σωτίων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τοῖς περὶ τῶν Τίμωνος σίλλων — (ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀπήντησα τῷ δράματι· πλείονα τῆς μέσης καλουμένης κωμῳδίας ἀναγνοὺς δράματα τῶν ὀκτακοσίων καὶ τούτων ἐκλογὰς ποιησάμενος οὐ περιέτυχον· Ἀσωτοδιδασκάλῳ, ἀλλ' οὐδ' ἀναγραφῆς ἀξιωθέν τινι (ἀξιωθέντι A; corr. K.) σύνοιδα· οὔτε γὰρ Καλλίμαχος οὔτε Ἀριστοφάνης αὐτὸ ἀνέγραψαν, ἀλλ' οὐδ' οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραφὰς ποιησάμενοι[2]) — ὁ δὲ Σωτίων φησὶν ἐν τῷ δράματι (II, 306, 25) κτλ. 'Magnae diligentiae exemplum' cum Casaubono[3]) multi hodie censent. Attamen aliter fortasse res se habet; primum enim ab omnibus, qui de Athenaei fontibus egerunt, extra omnem dubitationem positum est gloriari dipnosophistam aequalium more in laudandis scriptoribus, quorum libros magnam ad partem ipse non viderit[4]). Accuratius locum inspiciamus. Affert dipnosophista Alexidis fabulae Ἀσωτοδιδάσκαλος inscriptae,

---

1) Meineke Hist. crit. p. 14.

2) cf. O. Schneider Callimachea II p. 314.

3) Ad Ath. l.; cf. Schweighaeuseri praef. p. IX; Fielitz l. l. p. 20 (p. 30); K. Schmidt l. l. p. IX adn. 5; A. Daub Fleckeis. Jahrb. Suppl. XI p. 484 sq.; Rob. Weber Leipz. Stud. XI p. 147; Gudeman l. l. p. 72 adn. 1: 'Diese interessante und wichtige Notiz ..... hätte von denen, die in Athenaeus nur einen mechanischen Abschreiber sehen, mehr beachtet werden sollen.'

4) cf. Ranke l. l.; Wilamowitz Phil. Unters. IV p. 115, Herakles I[1] p. 168; K. Schmidt l. l. p. VI; Brunk l. l. p. 29; Kaibel ed. Athenaei v. I p. XXIII, v. III p. III.

quae nullo alio loco commemoratur, versus duodecim, quos praeter consuetudinem non ex ipsa fabula sumpsisse, sed Sotioni Alexandrino se debere praedicat. Atque cum Sotionis opus biographicum ab Athenaeo inspectum non esse omnes consentiant[1]), dubitari potest, num ipse dipnosophista ex Sotionis libro περὶ τῶν Τίμωνος σίλλων hoc tantum loco laudato, quos affert versus, exscripserit[2]). Quae cum ita sint, fortasse et ea, quae Athenaeus tamquam de suo addit, eodem ex fonte, licet aliqua ex parte mutata, originem sumpserunt. Nulla enim re probatur Athenaeum ipsum Alexandrinorum et Pergamenorum πίνακας in usum suum vertisse; accedit, quod re vera Ἀσωτοδιδάσκαλος Alexidis fabula non est[3]). Itaque suspicari fortasse licet Athenaeum totum locum in universum ab auctore nescio quo hausisse ipsumque verba tantum addidisse. Hoc cadit in illud nobis gravissimum πλείονα τῆς μέσης καλουμένης κωμῳδίας ἀναγνοὺς δράματα τῶν ὀκτακοσίων κτλ; haeremus in his πλείονα τῶν ὀκτακοσίων. Iam Casaubonus monuit Anonymum περὶ κωμῳδίας tradere haec (CGF Kaibel. I 1 p. 9 l. 52 sq.): τῆς μὲν οὖν μέσης κωμῳδίας εἰσὶ ποιηταὶ νζ', καὶ τούτων δράματα φέρεται χζ' (sic K., Ald. χιζ[3]); fluxerunt haec ex Procli Chrestomathia[4]), neque debuit Meineke (Hist. crit. p. 271)[5]) Athenaeo nimis fisus pro χιζ', quod olim legebatur, ωιζ' ponere. Ipse dipnosophista CCCCXCV tantum fabulas mediae comoediae[6]) laudat, quorum in numero CCLXXV sunt, quas semel affert. Quod Kaibel (in adn. ad. Ath. l.) 'inde

1) Wilamowitz Phil. Unters. IV (1881) p. 32 adn. 9; Susemihl l. l. I p. 498 adn. 30; H. Usener Sitz.-Ber. der preuss. Ak. d. Wiss. zu Berlin 1892 p. 1031.

2) Kaibel Herm. XXIV p. 43 adn. 2: 'Athenaeus oder sein Gewährsmann'; Susemihl l. l.

3) cf. Kaibel Herm. XXIV (1889) p. 43 adn. 2.

4) cf. Frid. Stein De Procli Chrestomathia diss. Bonn. 1907 p. 23 sqq.

5) Eadem proposuit Th. Bergk Griech. Lit. Gesch. IV p. 123 adn. 5.

6) Numerus accuratus non est, praesertim cum nesciamus, quos poetas Athenaeus mediae attribuerit. Sexies apposuit ποιητὴς τῆς μέσης κωμῳδίας, cf. Fielitz l. l. p. 20 sqq. De Platone comico v. IX p. 387 a et cf. Wilamowitz Eurip. Her. I[1] p. 134 adn. 21. Secutus sum Meinekei tabulam Hist. crit. p. 303.

ab a. 380 usque ad Menandri aetatem Athenis certe non plus DC fabulas in scaenam committi potuisse' censuit, Alfr. Koerte (Rh. Mus. LX (1905) p. 431 sqq.) neque omnes mediae aut novae comoediae fabulas neque Athenis tantum actas esse iure docuit. Accedit quod Schoenemann[1]) ω litteram frequentem videri ad magnum numerum exprimendum observavit; itaque Athenaei numerus premendus non est.

Attamen Athenaeus comoediae imprimis operam navavit, maxime mediae quae dicitur. Memorat enim Antiphanis fabulas CIII, Alexidis CII, Eubuli XXXVII, neque dubium est quin hos comicos ipse inspexerit[2]). Omnibus in partibus operis inveniuntur comicorum loci, qui non ad rem, quae tractatur, sed tamquam in transitu positi videantur. Summi autem est momenti, quod dipnosophista hic illic alio e libro vel de suo inserere aliquid solet, quod plerumque parum in locum quadrat. Hoc modo nonnumquam comicorum fragmenta ab Athenaeo ipso interiecta esse nemo negabit[3]). Atque saepius comici locus multo amplior et locupletior est iis, qui apud lexicographos alios exstare solent. Denique ipse Athenaeus VII 329 c testis est se σύγγραμμα scripsisse, quo de θράτταις piscibus Archippo comico adhibito actum erat[4]).

Argumenta haec omnia lubrica sunt, nec mirum. Alia enim est via ingredienda, ut Athenaei hac in re fontes investigemus; secernenda primum sunt ea, quae sine dubio

1) De lexicographis antiquis diss. Bonn. 1886 p. 91 adn. 1; cf. A. Daub Fleck. Jahrb. Suppl. XI p. 484 adn. 62, R. Hirzel Sächs. Ber. 37 phil.-hist. Cl. p. 1 sqq.

2) cf. Wilamowitz Textgesch. d. griech. Lyr. p. 26 adn., p. 64; G. Wentzel P. W. II p. 2032.

3) vide quae adnotat Kaibel ad Ath. II p. 43 b sqq.; III p. 114 f.; IV p. 156 f. 157 a; VII p. 301 a sqq.; XI p. 449 b; XIII p. 565 b; XIII p. 595 c d; XV p. 679 d sq.; praeterea cf. III p. 90 f.; VI p. 257 d sqq.; XIII p. 590 a b; XV 685 f. — Huc spectant et ea, quae leguntur IX p. 371 e; III p. 107 a sqq.; XV 678 e.

4) De titulo et argumento huius libri cf. Casaub. ad l.; Schweighaeuser in Ind. auctor. i. v. Athenaeus; Wellmann Herm. XXIII (1888) p. 179 de Archippo comico egisse Athenaeum censet; item R. J. Th. Wagner Symbolarum ad com. Graec. hist. crit. cap. quatt. diss. Lips. 1905 p. 14.

Athenaei non sunt. Iam monuimus Athenaeum saepius ipsum indicare se comici cuiusdam locum debere alii auctori. Sic redeunt ad Artemidorum (XIV p. 663 c) Alexidis, ad Asclepiadem (XV p. 679 b) Eubuli, ad Carystium (XIII p. 577 c) Calliae, ad Chamaeleontem (XIV p. 628 e) Platonis, ad Clearchum (XV p. 681 c) Antiphanis, ad Cratetem (XIV p. 640 c sqq.) Philippidis, Diphili, Sophili, ad Dorotheum Ascal. (XIV p. 658 d) Eupolidis, ad Iubam (XIV p. 660 e sqq.) Athenionis [1]), ad Philochorum (XI p. 464 f) Pherecratis, ad Seleucum (XI p. 467 e) Strattidis, ad Theodorum (XV p. 678 d) Platonis, ad Tryphonem (III p. 109 c) Timoclis, (IX p. 400 a) Aristophanis, (XI p. 503 d) Antiphanis, (XIV p. 634 d sq.) Anaxandridis fragmenta.

Sed cave credas omnes hos scriptores ab Athenaeo ipso excerptos esse. De Theodoro conferas velim Ath. XV p. 677 ab, quo loco demonstratur dipnosophistam sua debere Pamphilo [2]). Ducimur ita ad Pamphilum lexicographum, cui imprimis eae Athenaei partes deberi videntur, quae lexicographum sapiunt. Sed quod olim vulgo credebatur [3]), nunc aliqua ex parte labefactum est a Reitzensteinio [4]), qui Pamphili loco posuit Herodiani symposium. Utut est, sine dubio ex lexicographico opere aliquo sumpti sunt catalogi, qui inveniuntur, ut piscium septimo libro, poculorum undecimo (cf. Bappii tabulam l. l. p. 257). Atque gravissimum est, quod his potissimum in capitibus plurima exstant comicorum fragmenta, neque dubium est, quin Athenaeus ea maximam partem ex libro aliquo lexicographico in opus suum derivaverit [5]), sicuti

---

1) cf. Schoenemann de lex. p. 101; Bapp Leipz. Stud. VIII (1885) p. 156.

2) cf. M. Schmidt Quaest. Hesych. p. LXX; Rohde l. l. p. 13 adn. 4.

3) cf. Ranke De lex. Hes. p. 99 sq.; M. Schmidt l. l.; Schoenemann l. l. p. 84 sqq.; M. Wellmann Herm. XXIII p. 179 sqq.; Guil. Bender De Graecae comoediae titulis duplicibus diss. Marp. 1904 p. 17 sqq.

4) R. Reitzenstein Geschichte der griech. Etymol. p. 371 sqq.; cf. Wellmann Herm. XXXV (1900) p. 349; P. Egenolff Phil. 61 (1902) p. 123 sq.

5) cf. Schoenemann l. l. p. 85; Kaibel P. W. III p. 2139 de Chariclide comico.

omnia, quae ad artem medicam pertinent, tale ad opus redeunt[1]). Pamphili porro principalis fons erat Didymus, cuius rei argumentum optimum habemus apud Ath. XI p. 487 c: Μάνης· ποτηρίου εἶδος Νίκων Κιθαρῳδῷ (III 389, 1). παρέθετο τὰ ἰαμβεῖα καὶ Δίδυμος καὶ Πάμφιλος, i. e. e Didymo hausit Pamphilus, quem exscripsit Athenaeus. Ipso Didymo dipnosophistam usum esse probabile vix est[2]). Innumerabilia comicorum fragmenta talibus e libris Athenaeum sumpsisse eo quoque demonstratur, quod saepius apud alios scriptores eadem leguntur atque apud Athenaeum, ita ut eundem ad fontem ea redire appareat. Praeter Hesychium huc spectant Clemens Alexandrinus[3]), Pollux[4]), Erotianus[5]).

Quae cum ita sint, maximam partem comicorum testimoniorum ab Athenaeo ipso collectam esse negandum est. Quod Kaibel in indice de Ephippo comico (t. III p. 611 adn. 2) adnotat 'Ephippi fabulas nemo legit nisi unus Athenaeus', hoc falsum esse vel Antiochi Alexandrini κωμῳδουμένων fragmento probatur[6]). Itaque quod solus Athenaeus comici fragmenta servavit, inde nihil concludi potest. In universum enim observandum est memoriam mediae potissimum comoediae uni fere Athenaeo deberi, cum multi auctores, qui comicos mediae quoque comoediae adhibuerunt, hodie non exstent. E. g. afferam Timoclem comicum, qui praeter Athenaeum rarissime laudatur; sed in Didymi de Demosthene commentario inveniuntur nova fragmenta et Icarionis fabulae (col. 10,3 sqq.) et Heroum (col. 9,70 sqq.), quarum haec bis, illa quater a solo Athenaeo memoratur.

---

1) vide Wellmann Herm. XXXV (1900) p. 349 sqq.

2) G. Wissowa De Macrobii Sat. font. diss. Vratisl. 1880 p. 51 adn. 2; Rohde l. l. p. 18; Bapp Leipz. Stud. VIII p. 148; Wilamowitz Kultur der Gegenw. I 8² 1907 p. 178.

3) cf. A. Elter De Gnomologiorum Graecorum hist. atque orig. com. ramenta progr. Bonn. 1897 p. 39 sq.; Kaibel adn. ad t. I. p. 85, 18, t. III p. 262, 19.

4) cf. Rohde l. l. p. 25 sqq.

5) cf. Strecker Herm. XXVI (1891) p. 299 sq.

6) De Ephippo cf. Kaibel Ath. I p. XXXVI, P. W. V p. 2858; Wagner l. l. p. 36 sq.

Satis prolusimus de comicorum eclogis; legit et excerpsit dipnosophista fabulas mediae praesertim comoediae, tamen maximam fragmentorum partem debet aliis. Optime hoc quadrat ad ea, quae viri docti de fontibus Athenaei, quamvis inchoata tantum sit quaestio, eruerunt[1]). Quibus perspectis nemo negabit fieri potuisse, ut κωμῳδουμένων quoque librorum vestigia apud dipnosophistam deprehendantur; accedit quod ipse laudat bis Herodici, semel Antiochi opus, quamquam his locis eos ipsos non consuluit. Quae cum ita sint, si quid in Athenaeo erit, quod sine dubio κωμῳδουμένων rationem prae se ferat, iure nostram ad quaestionem vocabimus neque ipsum Athenaeum talia composuisse protinus censebimus.

Sed circumspiciamus, qui loci ita sint comparati, ut hic in censum veniant. Initium faciamus a φιλιχθύων catalogo octavi libri, in quo Herodici σύμμεικτα ὑπομνήματα laudantur. Atque legimus p. 338 d (cap. 21): Ἄλεξις δ' ἐν Δημητρίῳ (II 314, 46 K) Φάυλλόν τινα κωμῳδεῖ ὡς φίλιχθυν ἐν τούτοις. Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἁλιευομένῃ φιληδοῦντάς τινας καταλέγων ἰχθύσιν φησί (II 20, 26). De κωμῳδουμένοις res est; sed dipnosophistam his duobus locis e κωμῳδουμένων libris hausisse affirmari nequit; legit enim et excerpsit ipse Alexidem et Antiphanem, praeterea in Antiphanis longa ecloga complures nominantur κωμῳδούμενοι, quos iis in libris, quos spectamus, diversis locis tractatos esse putaveris. Certa autem vestigia in iis quae sequuntur videmus; nam enumerantur, qui Antiphanis in fragmento κωμῳδοῦνται locique comicorum apponuntur, quibus singuli ludibrio habiti sunt. Audiamus Naucratitam p. 339 b (cap. 22): πιθανώτατα ἐν τούτοις ὁ Ἀντιφάνης καὶ τὸν Μισγόλαν κεκωμῴδηκεν ὡς ἐσπουδακότα περὶ κιθαρῳδοὺς καὶ κιθαριστὰς ὡραίους. φησὶ γὰρ καὶ ὁ ῥήτωρ Αἰσχίνης κτλ. (cf. infra p. 65) καὶ Τιμοκλῆς δ' ἐν Σαπφοῖ φησιν (II 464, 30), Ἄλεξις δ' ἐν Ἀγωνίδι ἢ Ἱππίσκῳ (II 298, 3). Haec minime cohaerent cum φιλιχθύων catalogo, ut e κωμῳδουμένων aliquo libro adposita ea esse appareat. Pergit Athenaeus: Πυθιονίκην δέ φησι φιληδεῖν ταρίχῳ, ἐπεὶ ἐραστὰς εἶχε τοὺς Χαιρεφίλου

1) Haec ut afferam supersedeo propter Wentzelii operam P. W. II p. 2032 sq.

τοῦ ταριχοπώλου υἱούς, ὡς Τιμοκλῆς ἐν Ἰκαρίοις φησί (II 459, 17) καὶ πάλιν (II 458, 14). πρὸ τούτων δ' ἦν ἐραστὴς αὐτῆς Κωβιός τις ὄνομα. Postrema haec sumpta sunt ipso ex Antiphanis fragmento v. 19 sqq., ut iterum verisimile fiat Antiphanis eclogam alio ex fonte manasse atque sequentia. Tertius est Callimedo Carabi filius, de quo Athenaeus hoc loco tradit haec (p. 339 e sqq., cap. 24): περὶ δὲ Καλλιμέδοντος τοῦ Καράβου, ὅτι καὶ φίλιχθυς ἦν καὶ διάστροφος τοὺς ὀφθαλμούς, Τιμοκλῆς ἐν Πολυπράγμονι (II 463, 27), Ἄλεξις δ' ἐν Κρατεύᾳ ἢ Φαρμακοπώλῃ (II 337, 112), ὁμοίως αὐτὸν σκώπτει κἀν τοῖς ἐπιγραφομένοις Συντρέχουσιν. εἰς δὲ ὀψοφαγίαν ἐν μὲν Φαίδωνι ἢ Φαιδρίᾳ οὕτως (II 358, 247). τὰ αὐτὰ ἰαμβεῖα φέρεται κἀν τῇ ἐπιγραφομένῃ Εἰς τὸ φρέαρ. ἐν δὲ Μανδραγοριζομένῃ (II 350, 145), ἐν δὲ Κρατεύᾳ (II 337, 113), Ἀντιφάνης δ' ἐν Γοργύθῳ (II 42, 76), Εὔβουλος δ' ἐν Ἀνασῳζομένοις (II 167, 9), Θεόφιλος δ' ἐν Ἰατρῷ ἅμα σκώπτων αὐτοῦ καὶ τὸ ἐν λόγοις ψυχρόν (II 474, 4). Optimam edepol habemus κωμῳδουμένων tabulam; primum enim agitur de Callimedonte strabone, deinde de piscium amatore, tum de Call. ψυχρῷ, Alexidis vero Κρατεύας fabula bis adhibetur. Addi possunt ex Athenaei III p. 100 c Ἄλεξις ἐν Ποντικῷ δράματι (II 368, 193) (ὀψοφάγος), p. 104 d Ἄλεξις ἐν Δορκίδι (II 316, 56) (φίλιχθυς), VI p. 242 d Ἄλεξις ἐν Παγκρατιαστῇ (II 359, 168); cf. VIII p. 364 e, XIV p. 614 d. Sequuntur autem haec: Φιλήμονος δ' ἐν Μετιόντι εἰπόντος (II 489, 42)

> Ἀγύρριος δὲ παρατεθέντος καράβου
> ὡς εἶδεν αὐτὸν ‘χαῖρε πάππα φίλτατε’
> εἴπας τί ἐποίει; τὸν πατέρα κατήσθιεν,

Ἡρόδικος [δ'] ὁ Κρατήτειος ἐν τοῖς συμμείκτοις ὑπομνήμασι τοῦ Καλλιμέδοντος υἱὸν ὄντα ἀπέδειξε τὸν Ἀγύρριον. Itaque Herodicus Crateteus in συμμείκτοις ὑπομνήμασι Callimedontis filium esse demonstravit Agyrrhium[1]) allato Philemonis comici loco[2]). Hac in ecloga Agyrrhius κάραβον, patrem suum, vorat; κάραβος autem dicebatur Callimedo; ergo Callimedontem fuisse

---

1) cf. IG. II 311 (Ditt. Syll. I² 194); Judeich P. W. I p. 915.

2) Kaibel non recte post κατήσθιεν distinguit; videtur potius δ' ante ὁ Κρατ. delendum esse.

patrem Agyrrhii conclusit Herodicus, quod facere non potuit, antequam κάραβον a comicis dictum esse Callimedontem comperit. Atque cum antecedant comicorum loci (nostra tabula), non dubium est, quin his ipsis locis collatis ea observaverit, quae tradit Athenaeus. Itaque composuit Herodicus comicorum eclogas de Callimedonte, et composuit certe κωμῳδουμένων in libro. Atque retractasse videtur grammaticus rem in συμμ. ὑπομνήμασιν. Quae utrum Athenaeus ipse adhibuerit hoc loco, difficile est dictu.

Atque Athenaeus verbis his: γεγόνασι δὲ καὶ οἵδε ὀψοφάγοι in enumerandis hominibus huc pertinentibus pergit. Sed, quod saepissime apud dipnosophistam invenitur, miscet hoc quoque loco excerpta sua cum iis, quae alii ei praebuerunt. Nam quae ex Hegesandro[1]), Clearcho[2]), Lynceo[3]) affert, quin magnam partem ipse collegerit non dubito. Memorantur alii (Polemo [cf. Susemihl I p. 675], Macho), quos Athenaeum ipsos habuisse probabile est. Comicorum praeterea loci, qui ad singulos ὀψοφάγους adhibentur, longiores sunt, quam quos in κωμῳδ. libris exstitisse censendum sit. Itaque inde a p. 340 e usque ad p. 343 b (capp. 25—29) nihil aliqua cum probabilitate huc duci potest exceptis fortasse iis, quae de Hyperide [cap. 27, laudatur Τιμοκλῆς ἐν Δήλῳ (II 452, 4) καὶ ἐν Ἰκαρίοις (II 458, 15)] et de Matone traduntur p. 342 cd [laudantur Ἀντιφάνης ἐν Κιθαρῳδῷ (II 58, 119), Ἀναξίλας ἐν Μονοτρόπῳ (II 269, 20)]. Sed duos post catalogos e comicis sumptos (cap. 29) legimus p. 343 e (cap. 30) haec: τῆς αὐτῆς ἰδέας καὶ Μελάνθιος ἦν ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής· ἔγραψε δὲ καὶ ἐλεγεῖα. κωμῳδοῦσι δ' αὐτὸν ἐπὶ ὀψοφαγίᾳ Λεύκων ἐν Φράτερσιν, Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ, Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ. ἐν δὲ τοῖς Ἰχθύσιν Ἄρχιππος τῷ δράματι ὡς ὀψοφάγον δήσας παραδίδωσι τοῖς ἰχθύσιν ἀντιβρωθησόμενον. Subito Athenaeus ad veterem

---

1) cf. Schoenemann de lex. p. 85; Wilamowitz Phil. Unters. IV p. 170 adn. 2; Bapp Leipz. Stud. VIII p. 99; R. Weber Leipz. Stud. XI p. 179; Brunk apud Susemihlium Al. Lit. I p. 489 adn. 17; Wentzel P. W. II 2032.

2) cf. E. Rohde Der griech. Roman² p 57 (61).

3) cf. Schoenemann p. 85; Brunk apud Susem. I p. 488 adn. 8; Wentzel l. l. p. 2032.

comoediam se vertit atque agit de Melanthio ὀψοφάγῳ, de quo multa afferunt scholia Aristophanea (cf. p. 26), pauca tamen de ὀψοφαγίᾳ Melanthii, ut est scholiorum memoria. Sed non est dubitandum, quin locus ad κωμῳδ. libros spectet, quamquam Archippi eclogam fortasse ipse Athenaeus addidit. (cf. p. 53). — Aliis interiectis in cap. 33 revertitur ad κωμῳδουμένους: Νόθιππον[1]) δὲ τὸν τραγῳδιοποιόν, ὃν Ἕρμιππος ἐν ταῖς Μοίραις φησίν (I 236, 45). ὅτι δὲ οὗτός ἐστιν ὁ ποιητὴς σαφῶς παρίστησι Τηλεκλείδης ἐν Ἡσιόδοις. Μυννίσκος ὁ τραγικὸς ὑποκριτὴς κωμῳδεῖται ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Σύρφακι ὡς ὀψοφάγος οὕτως (I 642, 160). καὶ Λάμπωνα δὲ τὸν μάντιν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις κωμῳδοῦσι Καλλίας Πεδήταις καὶ Λύσιππος Βάκχαις. Κρατῖνος δ' ἐν Δραπέτισιν (I 30, 57. 58). Haec ab ipso Athenaeo composita non esse probat Hesychius i. v. ἀγερσικύβηλις, cf. p. 40. — Quae in Athenaeo sequuntur, alio spectant.

Habemus duas κωμῳδουμένων partes hoc in φιλιχθύων catalogo, quarum altera ad Herodicum[2]) ducens mediae comoediae fragmenta affert, altera scholiorum Aristophaneorum supra adhibitorum speciem prae se fert. Qua via haec e κωμῳδουμένων libris in Athenaeum fluxerint, pro certo affirmari non potest (vide postea p. 63 sq.).

Nunc ad λεπτῶν catalogum nos vertamus; in libro enim duodecimo[3]) inde a p. 513 e usque ad p. 550 f recensentur

---

1) Cum hoc Νοθίππῳ cf. Γνήσιππος XIV p. 638 d sqq.; v. Wilamowitz Observ. crit. in comoed. Graecam diss. Berol. 1870 p. 27 sq.; Ad. Wilhelm Urk. dramat. Aufführ. in Athen p. 101 sq. (p. 247).

2) Liceat hoc loco afferre Ath. l. VI 234 d, ubi leguntur haec: Πολέμων γοῦν — ὁ εἴτε Σάμιος ἢ Σικυώνιος εἴτ' Ἀθηναῖος ὀνομαζόμενος χαίρει, ὡς ὁ Μοψεάτης Ἡρακλείδης λέγει καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων. ἐπεκαλεῖτο δὲ καὶ στηλοκόπας, ὡς Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος εἴρηκε — γράψας περὶ παρασίτων φησὶν οὕτως (fr. 78 Preller). Στηλοκόπας nomen ioculare in comoedia certe non exstabat (fuit enim Polemo sub Ptolemaeo Philopatore et Euergete). Itaque ex Herodici κωμῳδουμένοις sumpta esse, quae Athenaeus affert, non est cur cum Susemihlio Al. Lit. II p. 27 adn. 134, cuius argumentationem equidem non capio, censeamus. cf. Koepke l. l.; contra in συμμ. ὑπομν. tale quid exstitisse verisimile est, quod suspicati sunt Wegener l. l. p. 156 adn. 16, K. Schmidt l. l. p. IV adn. 3.

3) Fluxit hic liber maximam partem ex libro aliquo περὶ

διαβόητοι ἐπὶ τρυφῇ, sed legimus p. 550f (cap. 75): πόσῳ οὖν κάλλιόν ἐστιν, ἀγαθὲ Τιμόκρατες, πενόμενον εἶναι λεπτότερον, ὧν καταλέγει Ἕρμιππος ἐν Κέρκωψιν (I 233, 35) [laudatur Hermippi in ecloga Leotrophides; cf. schol. Arist. Av. 1406, in quo iidem versus adhibentur] καὶ Ἀριστοφάνης δ'ἐν Γηρυτάδῃ λεπτοὺς τούσδε καταλέγει . . . (I 428, 149. 150). Hoc in Aristophanis fragmento nominantur Σαννυρίων, Μέλητος, Κινησίας, quorum unusquisque in iis, quae sequuntur, κωμῳδουμένων more tractatur (cf. p. 56): περὶ δὲ τοῦ Σαννυρίωνος καὶ Στράττις ἐν Ψυχασταῖς φησιν (I 727, 54), περὶ δὲ τοῦ Μελήτου (cf. schol. Plat. p. 44) αὐτὸς ὁ Σαννυρίων ἐν Γέλωτι λέγει οὕτως (I 793, 2). ἦν δ'ὄντως λεπτότατος καὶ μακρότατος ὁ Κινησίας, εἰς ὃν καὶ ὅλον δρᾶμα γέγραφεν Στράττις (716, 18). ἄλλοι δ' αὐτόν, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης, πολλάκις εἰρήκασι φιλύρινον Κινησίαν . . . ὅτι δὲ ἦν ὁ Κινησίας νοσώδης καὶ δεινὸς τἄλλα Λυσίας ὁ ῥήτωρ κτλ., quibuscum optime conferuntur, quae Harpocratio i. v. Κινησίας affert; vide et schol. ad Aristophanis Ran. 1437, cf. p. 23 adn. 3. Sequuntur apud dipnosophistam nonnulla, quae nos non tangunt; sed p. 552d scripsit Athenaeus haec: λεπτὸς δ' ἦν καὶ Φιλιππίδης, καθ' οὗ λόγος ἐστὶν Ὑπερείδῃ τῷ ῥήτορι, λέγων αὐτὸν ἕνα τῶν πολιτευομένων εἶναι. ἦν δ' εὐτελὴς τὸ σῶμα διὰ λεπτότητα, ὡς ὁ Ὑπερείδης ἔφη (fr. 172 Bl.), Ἄλεξίς τ' ἐν Θεσπρωτοῖς φησιν (II 325, 89), καὶ Ἀριστοφῶν Πλάτωνι (II 279, 8), Μένανδρος δὲ Ὀργῇ (III p. 106, 365); ὅτι δὲ καὶ πεφιλιππῶσθαι ἔλεγον τὸ λελεπτύνθαι Ἄλεξις ἐν Μανδραγοριζομένῃ φησίν (II 349, 144). Conferas Phot. et Suid. i. v. Φιλιππίδης· τῶν πολιτευομένων παρ' Ἀθηναίοις εἷς ἦν. ἐδόκει δὲ ἰσχνὸς εἶναι τὸ σῶμα. διὸ καὶ Ἄλεξις πεφιλιππιδῶσθαι ἔφη ἀντὶ τοῦ λελεπτύνθαι [1]). Luce clarius est, opinor, Athenaeum haec non suis excerptis debere (cf. VI 238c; 230c; XI 503a); atque suo iure Kaibelius (III p. 215 l. 1) adnotat macilentorum catalogum alio ex fonte interiectum esse ab Athenaeo; hic fons,

---

παλαιᾶς τρυφῆς; cf. Wilamowitz Herm. XXV (1890) p. 225; Kaibelii adn. tom. III p. 183, 12; Wentzel P. W. II 2033.

1) Iam oratio ad helluones redit. In tractatu περὶ παλαιᾶς τρυφῆς (cf. p. 59 adn. 3) aliqua cum probabilitate huc referuntur p. 535 ab Ἀλκιβιάδης (cf. p. 67 adn. 4). De iis, quae leguntur p. 524f—525a Ἴωνες, Ἀβυδηνοί (cf. p. 67 adn. 4), p. 526d Ἴωνες, v. p. 33, 1; p. 62, 3.

quominus ipsi κωμῳδουμένων libri fuerint, multa obstant, sed redeunt, quacumque via in Athenaeum venerunt[1]), ad κωμῳδουμένους, quae exscripsimus.

Παρασίτων quoque catalogus accuratius tractandus est. Lib. VI p. 240 c sqq. (cap. 38 sqq.) Παράσιτοι, tradit Athenaeus, δ' ἐπ' ὀνόματος ἐγένοντο Τιθύμαλλος μέν, οὗ μνημονεύει Ἄλεξις ἐν Μιλησίᾳ καὶ ἐν Ὀδυσσεῖ ὑφαίνοντι· ἐν δὲ Ὀλυνθίοις φησίν (II 225, 159). Δρόμων δ' ἐν Ψαλτρίᾳ (II 419, 1), Τιμοκλῆς Κενταύρῳ ἢ Δεξαμενῷ (II 460, 19), ἐν δὲ Καυνίοις (460, 18), ἐν δ' Ἐπιστολαῖς (456, 10), Ἀντιφάνης Τυρρηνῷ. Monendum est omisisse Athenaeum Aristophontis eclogam supra p. 238 c laudatam, ut solet; cf. p. 241 e, p. 242 f, XIII p. 591 d. Iam sequuntur p. 241 a sqq. (cap. 39) de Corydo testimonia: ἦν δὲ καὶ Κόρυδος τῶν δι' ὀνόματος παρασίτων· μνημονεύει δ' αὐτοῦ Τιμοκλῆς ἐν Ἐπιχαιρεκάκῳ οὕτως (II 456, 11), Ἄλεξις Δημητρίῳ ἢ Φιλεταίρῳ (II 314, 47), ἐν δὲ Τίτθῃ (380, 227), Κρατῖνος δ' ὁ νεώτερος ἐν Τιτᾶσι (II 291, 8), ὅτι δὲ γέλοια ἔλεγεν ὁ Κόρυδος καὶ ἐπὶ τούτοις γελᾶσθαι ἤθελεν ὁ αὐτὸς Ἄλεξις ἐν Ποιηταῖς φησι (365, 183). ἀναγράφει δὲ αὐτοῦ τὰ ἀπομνημονεύματα Λυγκεὺς ὁ Σάμιος κτλ. Rursus more suo Athenaeus, quae a κωμῳδουμένοις abhorrent, intermiscet[2]) usque ad p. 242 c (cap. 41) Μοσχίωνος δέ τινος παρασίτου μνημονεύων Ἄλεξις ἐν Τροφωνίῳ παραμασήτην αὐτὸν ἐν τούτοις καλεῖ (II 383, 236), ἐν δὲ τῷ Παγκρατιαστῇ Ἄλεξις τρεχεδείπνους καταλέγων φησίν (359, 168). Hac in ecloga laudatur praeter Corydum Callimedontem Κυρηβίων, de quo pergit Athenaeus: Κυρηβίων δ' ἐπεκαλεῖτο Ἐπικράτης ὁ Αἰσχίνου τοῦ ῥήτορος κηδεστής, ὥς φησι Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας (§ 287). Haec Athenaeo aliunde nota fuisse testatur Harpocratio i. v. Ἐπικράτης (cf. i. v. Κυρηβίων). Atque post Anaxandridis comici fragmentum de Chaerephonte parasito, homine diverso ab amico Socratis, p. 242 f sqq.: Χαιρεφῶντος δὲ τοῦ παρασίτου μεμνημόνευται (sic K., ab Athenaeo ipso antea commemoratur IV p. 134 e, p. 136 e,

1) Notanda sunt inprimis oratorum fragmenta comicis intermixta; cf. p. 65.

2) Fortasse huc spectant p. 241 e, ubi de Philoxeno afferuntur Ἀξιόνικος ἐν τῷ Χαλκιδικῷ et Μένανδρος ἐν Κεκρυφάλῳ.

p. 164 f, p. 165 a) μὲν κἂν τοῖς πρὸ τούτων, ἀτὰρ δὴ καὶ Μένανδρος αὐτοῦ μνημονεύει ἐν Κεκρυφάλῳ κἂν τῇ Ὀργῇ δέ φησιν (III 106, 364), ἐν δὲ Μέθῃ (III 92, 320), μνημονεύει αὐτοῦ καὶ ἐν Ἀνδρογύνῳ ἢ Κρητί. Τιμοκλῆς δ' ἐν Ἐπιστολαῖς καὶ ὡς Δημοτίωνι τῷ ἀσώτῳ παρασιτοῦντος αὐτοῦ μνημονεύει (II 455, 9), Ἀντιφάνης δ' ἐν Σκύθῃ (II 96, 199), Τιμόθεος Κυναρίῳ (II 450, 1), Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Καρύστιος ἐν Ἱερείᾳ (III 287, 24) [Μάχων δ' ὁ κωμικός φησιν κτλ.]. Ut sint hac etiam in Chaerephontis tabula nonnulla, quae ipso ab Athenaeo adposita esse vel in κωμῳδ. libro non exstitisse videantur, id quod pro certo dici potest de Machonis fragmento, sine dubio hoc in ea, quae sequuntur, cadit. Tamen in universum dicendum est ea, quae exscripsimus (praesertim capp. 38. 39), ad κωμῳδ. redire. Atque licet suspicari Naucratitam hac in παρασίτων enumeratione secutum esse auctorem nescio quem, qui variis e fontibus composuit, quae de παρασίτοις scripta erant[1].

Breviter apponamus qui restant catalogi. Decimo in libro Athenaei recensentur ἀδηφάγοι, de quibus variis ex scriptoribus testimonia collecta afferuntur. Κωμῳδουμένων rationem sapiunt, quae inde a p. 416 d dicuntur[2]). Hic de Ctesia laudantur Ἀναξίλας ἐν Χρυσοχόῳ (II 273, 31), ἐν Πλουσίοις (272, 25), ἐν Χάρισι (273, 30), Φιλέταιρος ἐν Ἀταλάντῃ (II 230, 3). Quae antecedunt et sequuntur, ea e κωμῳδ. fluxisse probabile non est[3]). Lib. IV 165 d sqq. ἄσωτοι διαβόητοι: Κτήσιππος, Δίφιλος ἐν τοῖς Ἐναγίζουσι (II 552, 38), Τιμοκλῆς ἐν Δημοσατύροις (II 452, 5), Μένανδρος ἐν Ὀργῇ (III 105, 363), cf. Liban. or. LXIV 83; Aelian. H. A. III 42; Πυθόδηλος, Ἀξιόνικος ἐν Τυρρηνῷ (II 412, 1), Πολύευκτος, Ἀναξανδρίδης ἐν Τηρεῖ (II 156, 45). — L. III p. 119 f sqq. ταριχοπῶλαι: Χαιρεφίλου

1) cf. Aeliani fragm. 107—109 ed. Hercher. et O. Ribbeck Abhandl. d. sächs. Ges. d. Wiss. phil. hist. Klasse IX (1884) p. 31 sq.

2) cf. et p. 415 d e.

3) Hoc idem cadit (cf. supra p. 33 adn. 1) in ea, quae dicuntur de Boeotis p. 417 b sqq. (octo comicorum eclogae laudantur), de Pharsaliis (418 b c), de Thessalis 418 c—e. — Praeter hos apud Athenaeum ἔθνη in comoedia ludibrio habita exstant haec: X p. 442 c—e Βυζάντιοι, Ἀργεῖοι καὶ Τιρύνθιοι, Μιλήσιοι (μέθυσοι). — VII p. 299 d sqq. Αἰγύπτιοι; cf. p. 60 adn. 1; p. 67 adn. 4.

υἱεῖς, Ἄλεξις ἐν Ἐπιδαύρῳ (II 322, 77), cf. VIII p. 339d Τιμοκλῆς ἐν Ἰκαρίοις (II 459, 16); Εὔθυνος, Ἀντιφάνης ἐν Κουρίδι (II 63, 128); Φείδιππος, Ἄλεξις ἐν Ἱππίσκῳ κἂν Σωράκοις (II 377, 218). — Lib. VI p. 224c sqq. ἰχθυοπῶλαι, p. 227ab: Ἑρμαῖος, Ἄρχιππος ἐν Ἰχθύσιν (I 684, 25); Μικίων, Ἄλεξις ἐν Ἐπικλήρῳ[1]). — Lib. XIV p. 615e—616b πλάνοι: Κηφισόδωρος, Διονύσιος ἐν Ὁμωνύμοις (II 426, 4), Νικόστρατος ἐν Σύρῳ (II 226, 24), Πανταλέων, Θεόγνητος ἐν Φιλοδεσπότῳ (III 365, 2). — P. 638c–639a carminum ludicrorum poetae: Ἀργᾶς, Ἄλεξις ἐν Ἀποβάτῃ (II 304, 19), Ἀναξανδρίδης ἐν Ἡρακλεῖ (II 141, 15), Γνήσιππος [cf. p. 59 adn. 1], Χιωνίδης ἐν Πτωχοῖς (I 5, 4), Κρατῖνος ἐν Μαλθακοῖς (I 43, 97), ἐν Βουκόλοις (I 16, 15), ἐν ταῖς Ὥραις (I 90, 256), Τηλεκλείδης δὲ ἐν τοῖς Στερροῖς καὶ περὶ μοιχείας ἀναστρέφεσθαί φησιν αὐτόν.

Iam collegimus omnes catalogos, qui huc videntur pertinere. Hos ita in κωμῳδουμένων libris exstitisse, ut nunc in Athenaeo occurrunt, plane incredibile est; praetermissis enim plurimis iis, quae sine dubio aliunde illata sunt, κωμῳδουμένων in libris φιλίχθυες, φιλοπόται non separatim recensebantur, id quod optime demonstratur Callimedontis (VIII p. 339e sqq.) tabula. Atque quaeritur, utrum Athenaeus ipse κωμῳδ. libros inspexerit an aliis sua his in catalogis debeat. Difficillima hercle est quaestio, quae accurate enodari non potest, priusquam in universum de dipnosophistae fontibus deque ratione compilandi ad liquidum res perducta est. Sed nihil equidem inveni, quo demonstretur Naucratitam ipsos κωμῳδ. libros manibus versasse, sicuti tribus illis locis, quibus laudantur Herodici, Antiochi libri, auctores ipsos non inspexit.

Magnum hac in re momentum habet Aelianus, cuius in varia historia duodetriginta capita inveniuntur, quae in brevius vehementer contracta, nonnulla tamen et uberius, eadem tractant atque Athenaeus[2]). Huc pertinent haec:

---

1) Athen. haec ipse composuisse videtur; Archippi enim fabulam certe legit, Alexidis ecloga, in qua Micio laudatur, paulo infra p. 227de legitur.

2) Composuit haec F. Rudolph Leipz. Studien VII p. 12—18; cf. et Lübbe De Aeliani varia historia Vechtae 1888 p. 19 sqq.

Ath. l. XII (p. 550f—552f) λεπτοί — Ael. V. H. l. X 6.
l. X (p. 415b—416f) πολυφάγοι — Ael. V. H. I 27.
l. X (p. 442b—443c) φιλοπόται — Ael. V. H. III 13—15.

Atque Perizonius in editione Var. Hist. (Lugd. in Batavis 1701 praef.) Aelianum his locis Athenaeo usum esse censuit, quam sententiam primo secuti sunt omnes, nostrae tamen aetatis viri docti maximam partem non probant[1]. Sed hac in re difficillima non omnes remotae sunt difficultates[2]. Tamen verisimillimum esse mihi quidem videtur utrumque communem ad fontem redire iis quoque locis, quibus κωμῳδ. fragmenta continentur.

Quae cum ita sint, Athenaeum ipsos κωμῳδ. libros in usum suum vertisse probabile mihi non est. Sed nostrum non est fontibus dipnosophistae inquirendis operam navare, quod 'negotium non est unius hominis', praesertim tironis, 'sed coniunctam multorum requirit diligentiam' (Kaibel praef. vol. III p. IV). Itaque nemo, puto, vitio mihi vertet, quod hac in re primarios tantum fontes sectatus sum, non rivulos.

Haec de catalogis; sed alteram in Athenaeo habemus locorum seriem huc spectantium, qui unum tantum κωμῳδούμενον nobis praebent. Fragmenta haec in universum ex opere aliquo lexicographico sumpta esse omnes probabunt[3]. Huc spectat l. IX p. 387a sq. (agitur de Φασιανικοῖς ὄρνισι, cf. Wellmann Herm. XXVI (1891) p. 482). Adnotantur ad Aristoph. Nub. v. 109 'τοὺς φασιανούς, οὓς τρέφει Λεωγόρας' haec: δύναται γὰρ ὁ Λεωγόρας καὶ ἵππους τρέφειν καὶ ὄρνεις φασιανούς. κωμῳδεῖται γὰρ ὁ Λεωγόρας ὡς γαστρίμαργος ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Περιάλγει. Quale ad opus haec redeant docet

---

1) Fusius de hac re disseruerunt M. Wellmann Herm. XXVI (1891) p. 483 sqq. (P. W. I 488), Rudolph Phil. Suppl. VI (1891) p. 129 sqq.; quorum a partibus stant et Wilamowitz Phil. Unters. VII (1884) p. 201 adn. 2 et Kaibel praef. vol. I p. XX, XXXI.

2) cf. Wentzel θεῶν ἐπικλήσεις III p. 12 adn. 1, P. W. II p. 2027. In dubio rem reliquit W. Schmid Der Atticismus III (1893) p. 12.

3) Saepius monuimus in lexicis κωμῳδ. neglectos non esse; quod Pamphilum attinet, iam Schmidt (Quaest. Hesych. p. CLXXXIII) expressis verbis κωμῳδουμένων libros fontem esse dixit vasti illius operis.

schol. ad Nub. v. 1., in quo idem Platonis locus memoratur. Praeterea l. XV 690a (de μύροις disputat Ath.) Πέρων in fragmento Anaxandridis (II 151, 40) nominatur et sequuntur: μνημονεύει τοῦ μυροπώλου τούτου τοῦ Πέρωνος καὶ Θεόπομπος ἐν Ἀδμήτῳ καὶ Ἡδυχάρει, Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἀντείᾳ (II 24, 35). Duo hi loci exstant in partibus sine dubio lexicographicis; ad lexicon redeunt et haec: l. XV (in μύρων catalogo) p. 690f: ὡς καὶ τὸ μεγάλλειον· ὠνομάσθη γὰρ καὶ τοῦτο ἀπὸ Μεγάλλου τοῦ Σικελιώτου. οἱ δ' Ἀθηναῖόν φασιν εἶναι τὸν Μέγαλλον. μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἀριστοφάνης ἐν Τελμησσεῦσι καὶ Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ, Στράττις δ' ἐν Μηδείᾳ οὕτως (I 720, 33); cf. Hesych. i. v. Μετάλλειον μύρον, qui idem Aristophanem et Pherecratem laudat (Phot. Μεγάλλειον μύρον; Etym. m. 574, 46 sq.). Restat l. IX p. 407d sqq. Τηλέμαχος, Τιμοκλῆς ἐν Λήθῃ (II 461, 21), ἐν Διονύσῳ (II 454, 7), ἐν Ἰκαρίοις σατύροις (II 459, 16).

Haec de Athenaeo; pauca liceat adiungere. Saepius enim vidimus coniunctas κωμῳδουμένων tabulas cum testimoniis ex oratoribus sumptis (cf. Ath. VIII p. 339 b, XII 551 d sqq., IV p. 166 b), ita ut hic illic suspicio oriri possit hausisse Athenaeum ex commentariis ad oratores scriptis vel ex lexicis rhetoricis, in quibus talia exstitisse docet optime Didymi de Demosth. commentarius col. 9, 43 sqq.: Δύο Ἀριστομήδεις εἰσίν, ἕτερος μὲν ὁ Φεραῖος . . . . (l. 52) ἕτερος δὲ . . . . (l. 61) καὶ οἱ κωμικοὶ δ' αὐτοῦ μνημονεύουσι καθάπερ Φιλήμων μὲν ἐν Λιθογλύφῳ, Τιμοκλῆς δ' ἐν Ἥρωσιν καὶ ἐν Ἰκαρίοις. Comicorum versus appositi sunt; est κωμῳδουμένων optima species.

Similia in Aeschinis scholiis — omissis quae iam enotavimus[1]) — traduntur haec:

I 64 Ἀριστοφῶντι· κεκωμῴδηται ὁ Ἀριστοφῶν ὡς ὑπὲρ Χάρητος μισθοῦ λέγων καὶ ὡς παρανόμων γραφὴν πεφευγὼς καὶ ὡς στρατηγήσας ἐν Κείῳ καὶ διὰ φιλοχρηματίαν πολλὰ κακὰ ἐργασάμενος τοὺς ἐνοικοῦντας, ἐφ' ᾧ γραφεὶς κτλ. (Hyperides laudatur).

Lexicon porro, quod Harpocratio (cf. p. 46) composuit ex commentariis ad oratores potissimum scriptis[2]), servavit quae sequuntur:

1) v. p. 43 adn. 2.

2) cf. Blass Herm. XVII (1882) p. 160 sqq.; L. Cohn Fleckeis. Jahrb. Suppl. XIII p. 826 sqq.

i. v. Ἀλκιβιάδης· .... ἄλλος δέ ἐστιν Ἀλκιβιάδης, οὗ μνημονεύει Ἀντιφῶν .... μνημονεύουσι δ' αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων τινὲς καὶ οἱ κωμικοί ....

i. v. Σθένελος· .... ἐκωμῴδει δὲ αὐτὸν ὁ τοὺς Πλάτωνος Λάκωνας γράψας ὡς τἀλλότρια ἔπη σφετεριζομένου.

Κωμικοί τε καὶ ῥήτορες coniuncti exstant etiam in prooemio Suetoniani libri περὶ βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη, quem iam supra p. 42 sq. in disputationem vocavimus. Atque quam brevissime hoc loco adponam, quae hac ex farragine aliquo modo huc spectare videntur. In cap. εἰς πονηρούς inscripto (p. 416 sqq. Miller) improbi laudantur hi: Εὐρύβατος, Φρυνώνδας, Κιλλίκων, Κέρκωπες, Τελχῖνες, Κωρυκαῖος, Τενέδιος, in cap. εἰς μωροὺς καὶ εὐήθεις (p. 421 sq. M.) inveniuntur Κοάλεμος, Κόδρος, Κόροιβος, Μαργίτης, Μαμμάκυθος, Ἀμφιετίδης, Μελετίδης, Ἀκκώ (cf. schol. Plat. Gorg. p. 497 A [Herm. p. 319]), Λαμία[1]).

III.

In scholiis ad comicos scriptis et in Athenaeo vidimus nonnumquam genuinas κωμῳδουμένων tabulas coniunctas cum alienis rebus, sumptis ab oratoribus historicis philosophis ita ut materia collecta quodam modo formam biographicam expleret[2]). Atque e re est hoc loco quam brevissimis exponere, quanti momenti fuerint comicorum fabulae ad vitas describendas.

Inter omnes constat eos, qui generi biographico inde ab Aristotele operam navaverunt, comicos quoque adhibuisse[3]).

1) De iis quae p. 425 M. leguntur, κιλικίζειν, αἰγυπτιάζειν sim. v. p. 33 adn. 1.

2) cf. p. 34.

3) cf. C. Lehrs Pop. Aufs. p. 207 sqq.; C. Scherer De Aelio Dionysio musico qui vocatur diss. Bonn. 1886 p. 31 sqq.; Fr. Leo Die gr.-röm. Biogr. p. 106 sq. (et saepius).

Quod praesertim cadit in Chamaeleontem[1]), cuius rei optimum habemus documentum Athenaei in epitoma (l. I p. 21 e f.). Laudatur enim Chamaeleo de Aeschylo τοῖς χοροῖς τὰ σχήματα ποιοῦντι τῶν ὀρχήσεων; sed audi Chamaeleontis verba: Ἀριστοφάνης γοῦν — παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς ἡ περὶ τῶν τραγικῶν ἀπόκειται πίστις — ποιεῖ αὐτὸν Αἰσχύλον λέγοντα (I 558, 677 sq.), e quibus luculentissime apparet Peripateticum illum, qui dedita opera περὶ κωμῳδίας scripsit, de Aeschyli invento in usum vocasse Aristophanem comicum. Notissimus porro est Ciceronis ille locus (ad. Att. VI 1, 18): 'Quis enim non dixit Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade navigante in Siciliam deiectum esse in mare? redarguit Eratosthenes, affert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. Num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur?' Duris quin in errorem ductus sit Eupolidis Βάπταις non est dubium[2]). Atque recte fortasse E. Piccolomini et Fr. Leo[3]) ea, quae Plutarchus Antonii vitae (cap. 70) inseruit de Timone misanthropo: ὁ δὲ Τίμων ἦν Ἀθηναῖος καὶ γέγονεν ἡλικίᾳ μάλιστα κατὰ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, ὡς ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους καὶ Πλάτωνος δραμάτων λαβεῖν ἔστι· κωμῳδεῖται γὰρ ἐν ἐκείνοις ὡς δυσμενὴς καὶ μισάνθρωπος κτλ., coll. schol. in Aristoph. Lysistr. v. 808 ad Neanthem rettulerunt. Similia apud Diogenem Laertium de Cratete Cynico exstant lib. VI 87: Τοῦτόν φησιν Ἀντισθένης ἐν ταῖς Διαδοχαῖς . . . . καρτερῶς οὕτως φιλοσοφεῖν ὡς καὶ Φιλήμονα τὸν κωμικὸν αὐτοῦ μεμνῆσθαι. φησὶ γοῦν (II 523, 146)[4]).

---

1) cf. Fr. Schoell De locis nonnullis ad Aeschyli vitam et ad historiam tragoediae graecae pertinentibus epistula Jenae 1876 p. 50; Ed. Schwartz 5 Vorträge ü. d. griech. Roman p. 113; Wendling P. W. III p. 2104; Leo l. l. p. 104 sqq

2) cf. Lehrs l. l. p. 208 sq.; Kaibel P. W. VI 1 p. 1230. 1233.

3) Piccolomini Studi di filologia greca I 3, 1884 p. 254 sqq.; Leo l. l. p. 114 sq.

4) Dubium mihi videtur esse, num recte Wilamowitz (Phil. Unters. I p. 74; Herm. XXXIII 1899 p. 633 adn. 3), quae apud Ath. XII p. 535 a b [κεκωμῴδηται δὲ καὶ ὑπὸ Εὐπόλιδος ὡς ἀκόλαστος πρὸς γυναῖκας ἐν Κόλαξιν οὕτως (I 300, 158) καὶ Φερεκράτης δέ φησιν (I 194, 155)] et XIII 574 d e de Alcibiade et XII 524 f sq. de Abydenis leguntur, e Satyro fluxisse censuerit; cf. p. 60 adn. 1.

Exempla sufficiant; apparet eos, qui βίους, γένη composuerunt Peripatetici, Alexandrini, alii, non neglexisse comicorum fabulas. Sed quantum talia distent a κωμῳδουμένων more, unusquisque statim videt. Primum enim ἔνδοξοι tantum, viri illustres, erant, quorum vitas scripserunt illi; praeterea spectant ad aetatem, ad mortem, ad patriam, patrem talia, quae κωμῳδουμένων scriptores non nisi in transcursu breviter hic illic attigisse consentaneum est. Quod optime quadrat ad ea, quae supra exploravimus de studiis interpretum comicorum Antearistarcheorum ad κωμῳδουμένους pertinentibus. Fieri enim omnino non poterat, ut omnis de unoquoque afferretur comicorum memoria, antequam Ammonii Herodici, qui post Aristarchum floruerunt, dedita opera hac de re quaesiverant.

Ducimur hoc loco iterum ad Didymi de Demosthene commentarium, ex quo supra locum de Aristomede κωμῳδουμένῳ attulimus. Atque Diels p. XL adn. 2 censuit haec: „Die von Wilamowitz a. O. (Aristot. u. Athen I p. 263 adn. 7)[1]) berührte Manier, die Komödie für die Biographik auszunutzen, geht hauptsächlich auf Hermippos zurück, dessen 'Zitatennester' für die Quellenforschung zu beachten sind. Auch in den Scholien col. 9, 61 ff. findet sich ein solches Nest" [2]). Haec stare non possunt, nam in Hermippi fragmentis superstitibus neque usquam testimoniorum nubes cernuntur neque omnino ulla κωμῳδουμένων vestigia inveniuntur[3]).

Itaque ante Ammonii Herodici aetatem biographorum in libris cognosci non possunt κωμῳδουμένων reliquiae. Has cum viderimus saepissime intermixtas esse aliis testimoniis ex

---

1) Wil. hoc loco, cuius verba p. 72, 1 exscripsimus, de κωμῳδ. tabulis disserit, Hermippum non tangit.

2) Probat haec A. Koerte Rh. Mus LX (1905) p. 400. 410, qui fusius hoc de loco egit.

3) Quae FHG III 49 fr. 55 (Ath. XIII p. 592 d) post Hermippi narrationem leguntur: μνημονεύει δ' αὐτῆς (Λαγίσκης) Στράττις ἐν τούτοις (I 712, 3) ea non ad Hermippum, ut putabant Mueller l. l., Fries Woch. f. kl. Philol. 1904 p. 1046, redire dictum est p. 45 sqq. Et exempla a Dielsio et Friesio allata num ad Hermippum, qui ipse Demetrio usus sit, revocanda sint, mea quidem sententia nimis incertum est. Fries p. 1045 ipse concedit: 'Ein eingehendes Studium der Komiker für Rednerbiographien ist dem Hermippos schwerlich zuzutrauen'.

oratoribus historicis philosophis sumptis, non est dubium, quin Ammonii Herodici libris usi sint, qui postea vitis scribendis operam dederunt. Certe Didymus non primus fuit, qui composuit κωμῳδ. tabulas cum aliis testimoniis; exstabant talia in ὑπομνήμασι singulos ad scriptores scriptis, in lexicis, in libris peculiariter ad βίους spectantibus. Atque aetatem tulerunt, qui longe post Didymum his in rebus studium posuerunt, Plutarchum dico et Diogenem Laertium, quorum in libris quae vestigia insint κωμῳδουμένων non inutile erit investigare.

Atque primum quidem videamus de Diogene Laertio, in cuius libris multarum et diversarum rerum farrago coacervata est[1]), ut non ita difficile sit ea, quae huc spectant, ab alienis secernere.

Atque plenissima tabula de Platone philosopho exstat III 26 sqq.[2]): φησὶ δ' Ἡρακλείδης, ὅτι νέος ὢν οὕτως ἦν αἰδήμων καὶ κόσμιος, ὥστε μηδέποτε ὀφθῆναι γελῶν ὑπεράγαν. τοιοῦτος δ' ὢν ὅμως ἐσκώφθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν κωμικῶν. Θεόπομπος γοῦν ἐν Αὐτοχάρει (Ἡδυχάρει em. Casaub.) φησὶν οὕτως (I 737, 15), ἀλλὰ καὶ Ἀναξανδρίδης ἐν Θησεῖ (II 142, 19), [ἀλλὰ καὶ Τίμων οὑτωσὶ παραγραμματίζων αὐτὸν (fr. 19 Diels)] Ἄλεξις Μεροπίδι (II 351, 147), καὶ ἐν Ἀγκυλίωνι (297, 1), Ἄμφις Ἀμφικράτει (II 237, 6), ἐν δὲ Δεξιδημίδῃ (II 239, 13), Κρατῖνος Ψευδυποβολιμαίῳ (II 292, 10), Ἄλεξις Ὀλυμπιοδώρῳ (II 355, 158), καὶ ἐν Παρασίτῳ (II 364, 180), χλευάζει δ' αὐτὸν καὶ Ἀναξίλας ἐν Βοτρυλίωνι καὶ Κίρκῃ καὶ Πλουσίαις.

Duodecim laudantur fabulae de uno Platone[3]) neque cuiquam, opinor, dubium erit, quo ex fonte haec fluxerint. Inopportune quidem invasit Timonis fragmentum, sed Timonis versus saepius in Laertiano opere ita positos esse observamus,

1) cf. Wilamowitz Phil. Unters. IV (1881) p. 324 adn. 5, id. Herm. XXXIV (1899) p. 629 sq.; Usener Epicurea p. XXII sqq., id. Sitzungsber. der Berl. Ak. d. Wiss. 1892 p. 1025; Leo l. l. p. 35 sqq.; E. Schwartz P. W. V p. 740 sqq.

2) Tertium librum Diog. Laert. ediderunt sem. phil. Basil. sodd. in libro 'Iuvenes dum sumus' Basileae 1907. Aliis in libris sequor Cobeti editionem.

3) cf. Bergk Griech. Litt. Gesch. IV p. 138 adn. 47.

ut materiae collectae postea admixti esse videantur[1]). Hoc nostro quoque loco passum esse Timonem eo probabilius est, quod idem fragmentum occurrit apud Ath. XI p. 505 e et Suid. i. v. παραγραμματίζων.

Non tam larga sunt, quae VII 27 de Zenone afferuntur: Οἵ γε μὴν κωμικοὶ ἐπαινοῦντες αὐτὸν διὰ τῶν σκωμμάτων ἐλάνθανον. ἵνα[2]) καὶ Φιλήμων φησὶν οὕτως ἐν δράματι Φιλοσόφοις (II 502, 85). ἤδη δὲ καὶ εἰς παροιμίαν σχεδὸν ἐχώρησεν. ἐλέγετο γοῦν ἐπ' αὐτοῦ .... ἀλλὰ καὶ Ποσείδιππος Μεταφερομένοις (III 340, 15). Quibuscum conferas Clement. Alex. Stromat. II 20, 121 Ζήνωνι δὲ τῷ Στωϊκῷ τὴν διδασκαλίαν μαρτυροῦσι καίτοι διασύροντες οἱ κωμικοὶ ὧδέ πως .... Et Diogenem et Clementem ad eundem fontem redire luce clarius est, qua de re vide, quae exposuit E. Schwartz[3]).

De Socrate Euripidis in scribendis carminibus adiutore dicit II 18: Ἐδόκει δὲ συμποιεῖν Εὐριπίδῃ· ὅθεν Μνησίλοχος οὕτω φησί (Teleclides I 218, 39. 40) καὶ Καλλίας Πεδήταις (I 696, 11), Ἀριστοφάνης Νεφέλαις (I 490, 376). Mirum in modum haec sunt perturbata; medelam accipiunt ab Euripidis Γένει (ed. E. Schwartz Schol. in Euripidem I p. 1, 10 sqq.)[4]): δοκεῖ δὲ αὐτῷ καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος καὶ Μνησίλοχος συμπεποιηκέναι τινά, ὥς φησι Τηλεκλείδης· Μνησίλοχος δ' ἐκεῖνος κτλ. (I 218, 39. 40); cf. Meineke F C Gr II p. 371 sq.; Kock I 218 sq.

II 108 τῆς δ' Εὐκλείδου διαδοχῆς ἐστι καὶ Εὐβουλίδης ὁ Μιλήσιος .... περὶ τούτου φησί τις τῶν κωμικῶν (III 461, 294); cf. Plut. Demosth. 9, 3 (Meineke IV p. 619; Fries B. phil. W. 1904 p. 1044; Natorp P. W. VI 1 p. 870).

---

1) cf. Rohde Kl. Schrift. I p. 357 sq.; Wachsmuth Sillogr. Graec. p. 34; Leo Gr. r. Biogr. p. 56, quem de Sotione tabulae auctore errare docent, quae supra exposuimus.

2) Usener in margine exemplaris sui: de v. ἵνα cf. IX 52 extr.

3) P. W. V p. 751. Praeterea cf. Suid. i. v. Ζήνων.

4) cf. et p. 3, 15 sq.; p. 3, 20 sq.; p. 5, 2 sqq. [laudatur Aristophanes]; p. 5, 12; 6, 5 [rursus Aristophanes affertur (I 540, 580)]; de Aristophanis vita supra diximus. Quae in Aeschyli vita ad nos spectare videntur, minoris sunt momenti; cf. Fr. Schoell l. l.

II 120 (in Stilponis vita): προσεσκώφθη δὲ ὑπὸ Σωφίλου τοῦ κωμικοῦ ἐν δράματι Γάμῳ (II 547, 23); cf. Meineke Hist. crit. p. 426.

VI 83 (in vita Monimi) Ἐγένετο δ' ἀνὴρ ἐλλόγιμος, ὡς καὶ Μένανδρον αὐτοῦ τὸν κωμικὸν μεμνῆσθαι. ἔν τινι γοῦν τῶν δραμάτων, ἐν τῷ Ἱπποκόμῳ, εἶπεν οὕτως (III 72, 249).

VI 93 (in vita Cratetis) Μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Μένανδρος ἐν Διδύμαις οὕτως (III 35, 117. 118).

VIII 37 sq. (in Pythagorae vita): Κρατῖνος ἐν Πυθαγοριζούσῃ, ἐν Ταραντίνοις (II 291, 7), Μνησίμαχος Ἀλκμαίωνι (II 436, 1), Ἀριστοφῶν Πυθαγοριστῇ (II 280, 12. 13); cf. Suid. i. v. Πυθαγόρας (IV p. 553 sq. Bernh.).

IX 50 (de Protagorae patria): ὡς δ' Εὔπολις ἐν Κόλαξι, Τήιος· φησὶ γὰρ (I 297, 146a); cf. Eust. ad Od. p. 1547, 54 sq.; Ath. V 218c; Leo l. l. p. 46.

De his postremis dubitari potest; nonnulla a biographis, qui ante Ammonium Herodicumque fuerunt, originem duxerint; ampliora autem illa, quae exscripsimus, ad κωμῳδουμένους redire omnes mecum consentient. Ipsum Diogenem Laertium auctorem fuisse quominus statuamus, vel eo impedimur, quod apud Clementem, Plutarchum, in Euripidis vita eadem exstare vidimus, quae omnia redeunt ad eundem fontem primarium, κωμῳδουμένων dico libros.

Paulo difficilior quaestio est de Plutarcho, qui multorum legerit libros excerptaque sua ita conglutinaverit, ut quid cuique debeat, accurate definire difficile sit. Sed ut apud Diogenem, ita etiam apud Chaeronensem κεφάλαια tantum respiciemus, qua in re mecum consentiunt, qui nostris temporibus de Plutarchi fontibus inquirendis studuerunt[1]).

Atque p. 43 sq. disputantes de scholiis Platonicis (ad Menex. p. 235 E; p. 329 Herm.) lectorem relegavimus ad Plut. Periclis vitam, ubi de Aspasia inveniuntur c. 24 haec: ἐν δὲ ταῖς κωμῳδίαις Ὀμφάλη τε νέα καὶ Δηϊάνειρα καὶ πάλιν Ἥρα προσαγορεύεται. Κρατῖνος δ' ἄντικρυς παλλακὴν αὐτὴν εἴρηκεν ἐν

1) cf. C. Wachsmuth Einl. in d. Studium d. alten Geschichte p. 222; Ed. Meyer Forsch. z. alten Gesch. II p. 65 sqq. Leo l. l. p. 154 sqq.

τούτοις (I 86, 241). δοκεῖ δὲ καὶ τὸν νόθον ἐκ ταύτης τεκνῶσαι, περὶ οὗ πεποίηκεν Εὔπολις ἐν Δήμοις αὐτὸν μὲν οὕτως ἐρωτῶντα (I 282, 98), τὸν δὲ Μυρωνίδην ἀποκρινόμενον . . . . . (cf. Harp. i. v. Ἀσπασία). His omnibus collatis de fonte quaestio finita est[1]).

Porro de Pericle κωμῳδουμένῳ multa tradit Plutarchus cap. 3: οἱ δὲ Ἀττικοὶ ποιηταὶ σχινοκέφαλον αὐτὸν ἐκάλουν . . . . . . τῶν δὲ κωμικῶν ὁ μὲν Κρατῖνος ἐν Χείρωσι (I 86, 240) καὶ πάλιν ἐν Νεμέσει (49, 111), Τηλεκλείδης δὲ (I 220, 44), ὁ δὲ Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις (280, 93) [cf. Poll. II 43 σχινοκέφαλον δὲ Κρατῖνος (I 35, 71 in Θρᾴτταις) τὸν Περικλέα εἶπεν]. Talia Chaeronensem ipsum e comicorum fabulis composuisse olim censuit H. Sauppe[2]), quem optime refutavit Fr. Blass[3]), qui Plutarchum praeter Aristophanem alios veteris comoediae poetas legisse demonstrari non posse monet[4]).

Praeterea ad Periclem κωμῳδούμενον spectant loci hi: c. 8 αἱ μέντοι κωμῳδίαι κτλ.; cf. schol. Ach. 530, in quo

---

1) Liceat mihi Wilamowitzii (Arist. u. Athen I p. 263 sq. adn. 7) verba nonnulla exscribere, quae non solum hunc locum tangunt, sed totam nostram disputationem aliqua ex parte quasi in nuce continent; sunt haec: 'Das ganze scholion (in Plat. Menex.) ist besonders deshalb wertvoll, weil es ein excerpt aus derselben quelle ist, der Plutarch Per. 24 sein citatennest über Aspasia entnommen hat: wer diese kostbaren stücke, kenntlich an citaten der komoedie und philosophischer dialoge, verfasst hat, und in was für lexika sie geraten sind, aus denen sie die Platonscholien und sogar noch Lukianscholien genommen haben, weiss ich nicht; die gattung ist aber sehr gut kenntlich (schol. Plat. Apologie, Ἄνυτος, Μέλητος, Ἀριστοφάνης, Λύκων). man denkt an κωμῳδούμενοι. auch für Plutarch ist mir die vermittelung dieser gelehrsamkeit eben so unklar, wie sie wichtig ist. das einsehen von biographischen lexicis ist eben so wol möglich wie andererseits schon die alexandrinische biographie solches material sammelte'.

2) Ausgew. Schriften p. 505, sed cf. p. 488.

3) Siefert-Blass Plutarchs ausgew. Biogr. III² 1883 p. 65 sq.

4) Addit 'und da andere vor ihm (Plut.), die Grammatiker nämlich, dies Feld schon gründlich nach allen Seiten durchforscht hatten'. Itaque summo iure Ed. Capps Harv. Stud. XV (1904) p. 69 contendit hoc: 'For the persons who were the but of comic jest he had the handbooks of the Alexandrians περὶ τῶν κωμῳδουμένων or κωμῳδούμενα'.

laudatur Eupolidis Δῆμοι fabula; schol. Aristidis III 472 Dind.; Ath. X p. 436f, v. Blass l. l. — cap. 13: κωμῳδεῖ δὲ τὸ ἔργον (sc. μέσον τεῖχος) Κρατῖνος ὡς βραδέως περαινόμενον (I 100, 300) [idem versus exstant: de gloria Ath. 8] ..... διὸ καὶ πάλιν Κρατῖνος ἐν Θρᾴτταις παίζει πρὸς αὐτὸν (I 35, 71) — eodem in cap.: Δεξάμενοι δὲ τὸν λόγον οἱ κωμικοὶ κτλ. — cap. 16: Τηλεκλείδης (I 220, 42). — De Damone musico in cap. 4 affertur Platonis comici ecloga (I 655, 191); cf. Blass l. l.

Alias ad vitas Plutarchi transeamus. Atque legimus Cimonis in vita (cap. 15) haec: ..... κατεβόων συνιστάμενοι καὶ τὸν δῆμον ἐξηρέθιζον ἐκεῖνά τε τὰ πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἀνανεούμενοι καὶ Λακωνισμὸν ἐπικαλοῦντες. εἰς ἃ καὶ τὰ Εὐπόλιδος (I 315, 208) διατεθρύληται περὶ Κίμωνος, quibuscum conferas schol. in Aristidem p. 515 Df. .... Δίδυμος δέ φησιν οὐχ ὅτι ἐλακώνιζεν, ἀλλ' ὅτι Ἐλπινίκῃ τῇ ἀδελφῇ συνῆν. αἴτιοι δὲ τῆς διαβολῆς οἱ κωμικοί, καὶ μάλιστα Εὔπολις ἐν Πόλεσι. Revocamur iterum ad Chalcenterum, quo hoc loco usum esse Plutarchum censuit Ed. Meyer [1]). Utique et Plutarchus et scholiasta ad eundem fontem redeunt, in quo Didymo auctore Eupolidis versus exstabant.

Optimam porro habemus tabulam de Niciae timiditate vit. Nic. cap. 4: λαβεῖν δὲ περὶ τούτων μαρτυρίαν καὶ παρὰ τῶν κωμικῶν ἔστι, et laudantur Τηλεκλείδης (I 219, 41), Εὔπολις ἐν τῷ Μαρικᾷ (I 308, 181), Ἀριστοφάνης (Eq. v. 358), Φρύνιχος (I 385, 59).

In Alcibiadis vita duorum hominum meminit Plutarchus, de quibus quae dicuntur aliqua ex parte hanc quaestionem tangunt: sunt cap. 13 Φαίαξ, de quo affertur Εὔπολις (I 281, 95), cf. Gell. I 15, 12, et eodem in capite Ὑπέρβολος ex scholiis bene notus, de quo affertur Platonis fragmentum I 654, 187; eosdem versus legimus Nic. vit. c. 11.

In vita Demetrii de Stratocle Phillididis exstat ecloga cap. 12 et 26 (III 308, 25).

---

1) l. l. p. 36 sqq.; Meyerum minime refutavit Rud. Rau Quaest. Plutarcheae ad Cimonis et Periclis vitam pertinentes diss. Lips. 1901 p. 35 sqq.; cf. F. Reuss Burs. Jahresber. 127 (1906) p. 172. Vide tamen, quae monet Fr. Leo l. l. p. 154 adn. 1.

Vit. Demosth. cap. 4 de Βατύλῳ laudatur Antiphanes; cf. Fries l. l. p. 1044[1]).

Haec omnia e κωμῳδ. fluxisse certis argumentis magnam partem demonstrari nequit; licet, quod saepius monui, nonnulla ad biographos illos Peripateticos vel Alexandrinos redeant; in universum tamen de origine non est dubium.

Magis dubia est res in eis quae inveniuntur in libro Plutarcho falso attributo, qui nominatur Vitae decem oratorum. Atque spectant huc: Vit. Antiph. p. 833 c: κεκωμῴδηται δ' εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Πεισάνδρῳ; similia de hoc Antiphonte (Pros. Att. n. 1304) tradit Philostratus Vit. Soph. I 15, 2. — p. 833 ab: Ὅτι δὲ ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀπέθανεν, ἱστορεῖ καὶ Θεόπομπος ...... ἀλλ' οὗτός γ' ἂν εἴη ἕτερος (cf. Pros. Att. n. 1283), Λυσιδωνίδου πατρὸς ⟨οὗ Sauppe⟩ καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ ὡς πονηροῦ μνημονεύει; cf. Meineke II p. 651.

Isocratis in vit. (p. 836 e): ὅθεν εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῴδηται ὑπ' Ἀριστοφάνους καὶ Στράττιδος. Respicit ad Strattidis Atalantam, quod docet Isocr. vita (Westermann p. 256, 77 sqq.): σκώπτουσι δὲ αὐτὸν οἱ κωμικοὶ ἐπὶ τῇ Λαγίσκῃ, ὧν εἷς ἐστι καὶ Στράττις λέγων ταῦτα ἐν Ἀταλάντῃ (I 712, 3); cf. Harp. i. v. Λαγίσκα.

Isaei in vita p. 839 f.: μνημονεύει δ' αὐτοῦ Θεόπομπος ὁ κωμικὸς ἐν τῷ Θησεῖ.

---

1) Addas e scriptis moralibus unum locum, qui exstat De aud. poet. p. 27 c .... τὸν κωμῳδούμενον ὑπερβάλλει μαστροπείᾳ Πολίαγρον (III 399, 8); cf. Aelian. V. H. V 8; Alciphr. III 26, 4 Sch.

Index κωμῳδουμένων.

Argumentum.

Vita.

Natus sum Iosephus Steinhausen Rhenanus in oppido Euskirchen die II mensis Iunii anni MDCCCLXXXV patre Henrico matre Magdalena e gente Horst, quos superstites esse gaudeo. Fidem profiteor catholicam. Per sex annos progymnasii Euskirchenensis, per tres gymnasii Monasteriensis ad Eifliam discipulus fui. Maturitatis testimonio d. XIX m. Mart. a. h. s. IV instructus Bonnam, vere a. V Monachium me contuli; eiusdem anni auctumno redii in hanc almam Musarum sedem. Examen rigorosum habitum est d. XXIV m. Nov. a. h. s. IX, examen pro facultate docendi d. VII m. Mai a. X. Docuerunt me viri clarissimi Bickel Brinkmann Buecheler † Clemen Drescher Dyroff Elter Englert Erdmann Esser Firmenich-Richartz Franck Jaeger † Kaufmann Kueppers Litzmann Loersch † Loeschcke Marx Nissen Rumpf Schultz Sell Solmsen Wentscher Wiedemann Wilmanns Wolff Bonnenses, Crusius v. d. Leyen v. Mueller Muncker Paul Monacenses. Insigni Brinkmanni Elteri Marxii erga me benevolentia factum est, ut reciperer in seminarium regium philologorum Bonnensium, cuius per bis sex menses fui sodalis ordinarius. Seminarii theotisci exercitationibus ut interessem benigne permisit Wilmanns, archaeologicis Loeschcke.

Quibus praeceptoribus omnibus gratias habeo quam maximas; in primis Augusti Brinkmanni, quo auctore et duce hanc dissertationem composui, pio gratoque animo semper colam memoriam.